Theologorum ſcientiam tendere ad interpretationem iuris diuini quoad opera Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & agnitionem veræ fidei.p.25.n.4. 37
Tiberii Cęſaris facinus aduerſus artificem. p.51.n.2. 65
Toga indutum aduocatum incedere decet.p.11.n.12. 15
Tutelę munus ſubire doctor, ſi in patria profiteatur, non cogitur.p.12.n.1. 16

V

VEhiculis doctores etiã intra vrbem Principis vti poſſunt. priuileg. 58. num.3. 91
Vendere quis cogitur ob publicam vtilitatem.p.8.n.2. 10
Veritas eſt mater iuſtitię, & aliorũ opinionĩ preponi debet.p.82.n.6. 126
Veſtis ſi promittatur doctori, intelligitur de nobili, & honeſta.p.36.n.2. 50
Vicarius epiſcopi, Archidiaconus, & ſimilis perſona eccleſiaſtica qua de cauſa interueniant in creatione doctoris.p.11. num.2. 14
Vicarius cum aſſignatione congruę portionis loco abſentis ſtatuitur.priuile.15. num.7. 22
Vicarius epiſcopi, vel capituli ſede epiſcopali vacãte in iure Canonico, doctor, vel ſaltem licentiatus eligi debet. priu. 28. num.8. 40
Vicarius perpetuus ſi eligatur is, qui Doctor, vel Licentiatus ſit, maior illi portio aſſignari debet.p.36.n.1. 50
Vidua viri familiam, & conditionem retinet.p.98 n 2. 141
Vita actiua eſt vtilior, quàm contemplatiua, quę tamen magis tuta, ac ſuauis dicitur. p.71 n.2. 108
Vlpianus, Paulus, & Martianus de Papiniani notis ſcripſere.p.82.n.8. 126
Vniuerſitates publicę in Italia duodecim enumerantur, quarum aliquæ conſuetudine, aliquę verò priuilegio ſunt

appro-

approbatę.in proœ.1.par.n.9. 3
Vniuerſitas Meſſanenſis in Sicilia approbata.ibid.n.11.
Vniuerſitates approbatę in Gallia quę ſint. ibid.n.12.
Vniuerſitates Hiſpanię multę enumerantur.ibid.n.13.
Vniuerſitas Oxonienſis in Anglia à iure approbata eſt.ibid.n.14.
Vniuerſitates publicę in Flandria, Brabantia, & Polonia.ibid.n.15.
Vniuerſitates in Germania plures referuntur.ibid.n.16.
Vniuerſitas ſine Rectore dicitur Acephala, & an ſtare poſſit ſine ſuperiore. priu. 16.num.6. 24
Vxor doctoris quo caſu cæteris nobilibus pręferenda ſit.p.57.n.3.& 5. 90
Vxor doctoris domina appellari debet.p. 65.n.2. 100
Vxorem dominam appellare doctor non tenetur.ibid.n.3.

FINIS.

IACOBI BENII IVRECONSVLTI EVGVBINI

DE PRIVILEGIIS I. CONSVLTORVM

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia virtutum omnium preclariſſima eſt.*
2 *Iuſtitiam I. Conſulti maximè excolunt.*
3 *I. Conſulti multis ornati ſunt priuilegijs.*
4 *Doctores fulgent veluti ſtellæ, & plures ad iuſtitiam erudiunt.*
5 *Doctores quibus excellere oporteat.*
6 *Preceptorum mores diſcipulos aſſumere.*
7 *Alexandrum Macedonem vitia quadam à Leonide aſſumpta retinuiſſe.*
8 *Profeſſores publici qui dicantur.*
9 *Vniuerſitates publicę in Italia duodecim enumerantur.*
10 *Conſuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.*
11 *Vniuerſitas Meſſanenſis approbata.*
12 *Vniuerſitates approbatæ in Gallia quæ ſint.*
13 *Vniuerſitates Hiſpaniæ multæ enumerantur.*
14 *Vniuerſitas Oxonienſis in Anglia approbata eſt.*
15 *Vniuerſitates publicæ in Flandria, & Polonia.*
16 *Vniuerſitates in Germania plures.*
17 *Gymnaſia quæ olim floruerint.*
18 *Doctores ſi extra locum ſtudij ex cauſa profiteantur, priuilegijs frui.*
19 *Doctores initio cuiuslibet anni Tridentina Synodus iurare præcipit.*
20 *Diuiſio operis.*

PROOEMIVM

SCriptum reliquit Plato de Legibus lib. VI.
Poſt deos immortales eos homines primas
& honoris, & glorię ſedes habere, qui pu-
blice muneris magiſtratus gerunt, & ſua
1 virtute cęterorũ vitam moderãtur. † Ete-
nim virtutum omniũ pręclariſſima iuſti-
tia eſt, ac velut Heſperus cæteris aſtris lu-
cidior, vt poſt Phil. 5. Ethic. dixit Domin.
Soto de iuſt. & iu. lib. 3. art. 3. & ex noſtris
Bal. in c. venerabilem. de elect. Quinim-
mo virtutes omnes complectitur, quę & Fidei noſtrę legitima proles
dicitur, Spei robur, Charitatis comes, hominesq́; amore conciliat, ab
iniurijs vindicat, in pace retinet, virtutibus ornat, ac denique legũ pre-
2 ſidio ius ſuum vnicuique tribuit. † Quam ſanè I. Conſulti ipſi maxi-
mè colunt, atque tuentur. Dum publicè profitendo ad illam plurimos
inſtruunt, & cauſas agendo laborantium fortunas, vitam, poſterosq́;
defendunt, ac iudices quoque effecti ius cuique ſuum tribuunt, bonos
præmijs inuitant, deprauatos malorum mores emeritis pœnis coer-
cent, ac demum diligenti ipſorum ſtudio, atque ſcientia mundus illu-
minatur, & ad obediendum Deo, atque Principibus vita ſubiectorum
informatur. Qua ratione optimorum Principum prouidentia factum
3 eſt, † vt ij multis exornati fuerint prærogatiuis, ac priuilegijs, quorum
cum frequens in omni iuris parte fiat mentio; non parum admiratus
ſum, quòd Iuriſconſulti ipſi alioqui accuratiſſimi ſummo labore, ſum-
maq́; induſtria Dotis, Piæ cauſæ, Fiſci, Militum, & Scholaſticorũ pri-
uilegia collegerint, propria verò accuratius colligere, & pertractare ne
glexerint, atque ſuis (quòd aiunt) ſitientibus agris alienos irrigare ma
luerint. Extare quidem ſcio Tractatum quendam de Doctoribus, &
eorum priuilegijs cuiuſdam Petri Leſnaud. Vltram. ſed quàm plenè
ac perfectè hanc materiam complectatur, alij iudicent: id quidem cer-
tum eſt eum in friuolis quibuſdam quæſtionibus ſatis vagatum eſſe,
vixq́; quinquaginta priuilegia, breuiq́; duntaxat pagella percurriſſe.
Quò vero ad prærogatiuas, quæ vtriuſque iuris candidatis tam iure ip-
ſo Pontificio inſpecto, quàm deinde ſacro Concilio Tridentino con-
ceſſæ ſunt, nullum penitus verbum emiſiſſe. Quare tantum abeſt, vt ab
inſtituto opere perſequendo deſtiterim, vt potius ad huiuſmodi priui
legia tractandã, atque deſcribenda mirum in modum impulſus ſim, ni
hil interim veritus, vt qui vtrũque legerit, me alienæ hæreditatis com-

compi-

compilatorem, aut plagij reum inſinuet. Nec ea quidem parui facienda ſunt, cùm & publicis profeſſoribus multa, Aduocatisque, & graduatis cęteris tam in ciuilibus cauſis, quàm etiam in beneficialibus, & criminalibus ſint indulta, vt non inutile futurum ſit, ea paucis recenſere, atque in eorum dem interpretatione aliquantulùm immorari.

Rem igitur aggrediendo ab ijs Priuilegijs exordiamur, quę publicis Profeſſoribus competunt, nam & ij cęteris iuriſconſultis etiam antiquioribus pręferuntur, & potioribus gaudent pręrogatiuis, vt ſcribũt
4 omnes in c. clerici. de iudi. & in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. † Sunt n. veluti ſtellæ in perpetuas ęternitates manſurę, dum plurimos ad iuſtitiã erudiunt. c. quãto. de magi. c. glorioſus Deus. de reliq. & vener. ſanct. Auth. Habita. C. ne fil. pro pa. l. medicos. C. de prof. & med. lib. 10. Quocirca ſtatuit Iulianus Imper. in l. magiſtros. C. eo. tit. & Valent. in l. vni. C. de prof. qui in vr. conſt. lib. 12. ad hoc docendi munus ita demum admitti debere, ſi iudicio ordinis probati optimorum conſpiran
5 te conſenſu decretum meruerint. † Eos enim docendi peritia, dicendi facundia, interpretandi ſubtilitate, ac moribus pręcipuè excellere oportet, nam quemadmodũ per magni refert rectè, ſecusùe diſcipulos præceptor doceat, ita plurimum intereſt, bene, an malè viuat, qui vitæ aliorum fingendę exemplo eſſe debet, ita enim ſiue natura, ſiue moribus comparatum eſt, vt non tam facile verba eius, cui ſe totum quis credit,
6 quàm facta æmulari contendat. Quo fit † vt pręceptorum mores facile diſcipuli aſſumãt, & auctoritate Diogenis Babilonij ſcripſit Fabius lib.
7 1. orat. inſtit. cap. 2. † Alexandrum Macedonem vitia quædam à Leonide aſſumpta maximum regem retinuiſſe, cuius rei rationem affert. Vlpi. in l. prçcipiunt. ff. de ædil. ed.

8 † Profeſſores vero eos intelligimus, qui diuina, & humana iura in publicis, & approbatis gymnaſijs interpretantur d. Auth. habita vbi Bal. Sali. & alij not. & in §. hæc autem tria. in proe. Dig. & canon. in proe. Decret. in ver. Bononiæ. & in c. tuæ. vbi Io. Andr. Butr. & Abb. de cler. non reſid.

9 † Quæ duodecim ſunt in Italia, quorum aliqua conſuetudine, aliqua vero Priuilegio ſunt approbata. Conſuetudine & quidem antiquiſſima almum Gymnaſium Patauinum, vt dixit Iac. de Are. in d. §. hæc
10 autem tria. Vbi Bar. n. 3. & Bal. n. 8. † quæ conſuetudo habet vim priuilegij à principe legitime obtenti. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quot. & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. vbi gl. in uer. non extat. de ver. ſig. & in c. ſeruitium. 18. q. vlt. Alex. con. 6. lib. 1. Cuma. con. 83. circa fi. Pariſ. conſ. 27. n. 33. lib. 1. Aym. Crauet. de antiq. temp. par. 4. n. 127. & ad effectum conſtituendæ Vniuerſitatis Bal. con. 77.

lib. 5. Etſi deinde Gymnaſium illud priuilegijs quoque Apoſtolicis, & Imperialibus exornatum fuit, vt poſt alios teſtatur Barth. Caſſen. in cathal.glo.mun.par. 10.conſid. 39. Bononienſis verò Vniuerſitas conſuetudine, & priuilegio Theodoſij iunioris approbata eſt.clem. 1.vbi glo. & Ioa.de Imo. nu.4. de magi. & Bar.in d.§.hæc autem tria. qui Lotharij priuilegijs decoratam aſſerit, Nec mirum, Illam etenim legalis ſtudij monarchiā obtinuiſſe teſtatur Accurſ.in rub.C.de ſtud. lib. vr. Ro. lib.11. & ſatis oſtendit ſummus Pontifex in rub.proœ.Decret. vbi glo. & omnes id notant. Idē de Peruſina Vniuerſitate dixit Bart. in l. vni. in prin. C. de profeſ.qui in vr.conſt.lib.12. & Bal.in d.§.hæc aūt tria.n.4. & in Auth.habita.nu.6. Philip. Fran. in c.2. in prin.de priuil. lib.6. & Ang. in §. item Romæ. de excuſ. tut. quæ exteris ferè ſemper interpretibus caruit, ac proprijs iuriſconſultis clariſſimis abundauit. De Papienſi verò dubitandum non eſt, in qua Iaſ. Roch.de curte. Phil. Dec. & Franciſchi. Curt. inſimul ius ciuile profeſſi ſunt, teſte Caſſen. d. par. 10. conſid. 32. col. 2. vt etiam de Ferrarienſi annotarunt Franc. & Aret. qui de Senenſi quoque meminit. Card.& Petr.de Anch.in clem. dudum.de ſepul. & Paris de Put. de Syndi. in prin.quo loci, & Neapoli, & Piſis publicum vigere ſtudium atteſtatur. Idem dicendum eſt de Taurinenſi, & Salernitano, ac demū Maceratenſi gymnaſio, quod fœl. rec. Paulus iij. multis decorauit priuilegijs. Et de Romano ſatis conſtat, in quo licet olim ſtudia floruerint.l. ſi longiùs.in fin.de iudi.l. vni. C. de ſtud.lib. vr. Romæ lib. 11. & hodie vigent. Illudque Bonif.viij.
11 Leo x. & alij SS. PP. multis ornarunt priuilegijs. Quibus † & Meſſanenſis Vniuerſitas in Sicilia addi poteſt, etſi ea Italię pars interrumpente freto inſula facta ſit.l. inſulæ.de Iudi. l.notionem. §.continentes.vbi Alcia. id not. de ver.ſig. Sunt & aliæ ciuitates in quibus iura quādoq; edoceri ſolebant, vt de Mutinenſi, Regienſi, Parmenſi, & Vercellenſi poſt Ricchar. Malum.dixit Bar. in d. §. hęc autem tria. ſub n. 3. & ibi Hier. Cagn. n. 244. & de Mediolanenſi conſuluit Bal. con. 77. lib. 5. Sed in ijs publicum ſanè ſtudium intercidit.

12 Cæterum extra Italiam approbatæ ſunt in † Gallia Pariſienſis tempore Caroli magni inſtituta, Aurelianenſis, Pictauienſis, Caturcenſis, Burdegalenſis Toloſana, Montis peſſulani in qua Io. Fab. ſe ſtuduiſſe inquit in §. 1.inſt. de ſocie. & vterque Rebuff. profeſſus eſt. Biturigeñ. vbi diu docuit Alciatus, & poſt eum Eguinarius Baro, & Duarenus. Quibus accedunt Auenionenſis, Aquenſis, Dolana in Burgundia, Cadomenſis in Normania, & Viēnenſis in Delphinatu, quam non parum
13 illuſtrarūt Antonius Goueanus, & Iacobus Cuiacius.† In Hiſpania verò & quidem celebris eſt Salamantina, de qua in d. clem. 1. de magi.

Complu-

Complutenſis, Conybricenſis, Illerdenſis, Oſſenſis, Valentina, Segun-
14 tina, Vallisoletana, ac demum Cæſarauguſtana. † In Anglia Oxonien-
15 ſis, de qua in d. clem. 1. & Cātabrigienſis. † In Brabantia, Louanienſis,
16 In Belgio Duacenſis. In Polonia Cracouienſis, † In Germania Ingolſta-
dienſis, Colonienſis, Friburgenſis, Vuirtembergenſis, Tubingenſis. Di-
lingana, Viennenſis in Auſtria, & aliæ plures, quarum nomina, ac in-
ſtitutiones videre potes in libello Academiarū Orbis Iacobi Midden-
dorpij, earumq; aliquas, ad rectām catholicæ fidei doctrinam Dei
benignitate reſtituendas haud eſt deſperandum, cum præſertim GRE-
GORIVS XIII. eximia liberalitate, atque charitate earum gentium
animos excitare intendat.

17 † Et olim vltra Romanum gymnaſiū fuit in vrbe Cōnſtantinopoli-
tana d. tit. C. de prof. qui in vr. conſt. lib. 12. Item Beriti, quæ eſt ciui-
tas in prouincia Phœnicis l. vni. C. de metr. Beri. lib. 11. In Alexandrina
ciuitate in Ægypto, & in Cæſarienſi, de quibus in d. §. hæc autem tria.
vbi glo. necnon Athenis celeberrimum ſtudium fuit, quod, etſi ſatis
notum ſit, ex eo quoque ſuadetur, quòd origo iuris ciuilis ab inſtitutis
duarum ciuitatum Athenarum ſcilicet, & Lacedemoniorum fluxiſſe
videtur. l. 2. §. 1. ff. de orig. iu. §. & non ineleganter. Inſt. de iure nat.
gen. & ciu. Aliáque gymnaſia antiqua ex officina Textoris, refert Barth.
Caſſen. in cathal. glo. mun. par. 10. conſid. 32.

18 Quod verò de publicis gymnaſijs diximus, † procedit etiā ſi propter
peſtis, vel belli ſuſpitionem extra locum ſtudij profiterentur, idque ſu
perior arbitraretur, vt poſt Hoſti. & Io. Andr. not. Imo. in c. tuæ. n. 3.
vbi Abb. n. 4. de cler. non reſid. & Feli. in c. fin. in pri. limit. de magi.

19 † Sacra vero Tridentina Synodus ſeſſ. 25. c. 2. omnes Vniuerſita-
tum profeſſores initio cuiuslibet anni iurare præcipit, ſe ea, quæ catho-
licæ fidei ſunt, & iuxta normam ſacrorum canonum profeſſuros, vt de-
inde eorum munere rite fungentes plurimos ad iuſtitiam valeant eru-
20 dire, ac emeritis priuilegijs perfrui. † In quibus explicandis Dei Opti-
mi Maximi, qui omnium auctor eſt ſcientiarum, iuuāte gratia, necnon
pijſſimæ Virginis, atque D. Hieronymi auſpicijs, eum ordinem obſer-
uabimus, vt Priori hac parte Profeſſorū Priuilegia proponamus.

In Secunda verò ea quæ in beneficialibus cauſis, necnon in
criminalibus conuenire iudicauimus. Et demū in Ter-
tia cætera omnia eorum vigilijs, exercitio, ac di-
gnitati tributa collegimus, eaque quantum
noſtræ ferunt vires, omiſſis nonnullis,
quæ ab aula receſſerunt, breui
manu explicabimus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia regulariter ſtricte interpretanda eſſe.*
2 *Studiorum cauſam dotis cauſæ æquiparari.*
3 *Studiorum ope viros ſapientes effici.*
4 *Studiorum cauſam priuatorum cauſæ præferendam.*

PRIVILEGIVM I.
Studiorum cauſa Dotis cauſæ æquiparatur, eiusque priuilegijs fruitur.

1 ETSI priuilegia regulariter non extenduntur. c. priuilegia. diſtin. 3. & notat Bart. in l. 1. per illum tex. C. de legi. & in l. fin. dum diſtinguit inter priuilegium, & beneficium, vbi Bal. & Iaſ. n. 33. ff. de conſt. prin. Ioan. Andr. Butr. & alij in c. olim. de verb. ſign. Dec. conſ.
2 113. in princ. & 516. nu. 27. † Studiorum tamen cauſa adeo fauorabilis eſt, vt dotis cauſę æquiparetur. l. 1. C. de ſtud. lib. vr. Ro. lib. 11. & debita ex prædictis cauſis æquiparari dixerunt omnes in l. 1. vbi Iaſ. nu. 32. Rip. nu. 132. Alcia. nu. 8. & Socci. Iun. qui id receptiſſimum teſtatur in fin. lol. ma. Dec. in c. 1. nu. 19. de proba. & conſ. 70. in fi. And. Tiraq. de priu. pię cau. in pręf. fol. 8. verſ. item relictum cauſa ſtudij. Iaco. Meno. de arb. iud. quæſt. caſu 137. n. 15. & Iodo. in ſuo enchir. pari. in ver. ſtudiorum ſumptus. Quinimo cenſuit Caſtr. in Auth. quod locum. n. 3. C. de collat. & Abb. in c. vl. in fin. de iudi. Doctorum cauſam dotis cauſa fauorabiliorem eſſe, cum in illis verſetur publicus fauor in communi, quia replent terram ſapiētibus, ac etiam in particulari, cum quilibet poſſit eos audire, & adiſcere, quod ſecundum eos in dote non reperitur. Cęterum id ſal-
3 tem veriſſimum eſt, † eos homines qui dotis occaſione liberi naſcuntur, ſtudiorum ope, atq; vigilijs optimos, ac ſapientes effici, quorum poſtea munus eſt iuſtitiam cęteris adminiſtrare. §. fin. in proe. Inſt. & varias dignitates aſſequi, vt notat Bar. in d. l. 1. in fin. ſol. ma. Quare ſi prædictę cauſę inuicem concurrant, prior in tēpore potior erit in iure, † ſi verò cum priuato, & de prioritate non cōſtet, eas præceſſiſſe præſumitur. & ſicut mulier in dote habet priuilegia multa maximè prælationis. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. ita doctor in cauſa ſtudij, vt vere ſentit Bar. in d. l. 1. dum l. aſſiduis. allegauit, & firmat Angel. in fin. Iaſ. n. 51. & Franc. Rip. n. 139. Adeo quòd ab ea ſumptum argumentū ad cauſam ſtudij vtiliſſimum dixerint, & nos ſuo loco proſequemur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſalarij doctoris præſumitur præceſſiſſe.*
2 *Inſtrumentum certius ratione horę præferri.*
3 *Prouiſiones apoſtolicę ſi concurrant eadem die, præfertur quæ horam habent.*
4 *Scriptura in qua non ſolet apponi hora, ſi apponatur, fit ſuſpecta.*

PRIVILEGIVM II.

Inſtrumentum ſalarij doctoris præceſſiſſe præſumitur.

QVamuis inſtrumenta duo, vel etiam teſtamenta ſi diuerſi ſint hęredes, & de eorum prioritate non conſtet, neutrū valeat, vt per gl. & doct. in l. fin. C. de edi. di. Adr. tol. Sicut tamen dotis, vel fiſci inſtrumentum eadem die confectum prius cenſetur. l. 1. vbi not. C. de
1 iu. fiſ. lib. 10. † Ita inſtrumentum ſalarij Doctoris, vt notant omnes in l. 1. vbi Fran. Rip. nu. 139. & Iaſ. n. 3. ff. ſol. ma. ac idem in l. diem functo. n. 21. ff. de offic. aſſ. Bolog. in Auth. habita. n. 321. C. ne fil. pro pa. Dec. con. 70. & in c. 1. n. 86. de probat. Iodo. in ſuo enchir. parium, in ver. ſtudiorum ſumptus. Alcia. de præſ. reg. 3. præſ. 43 nu. 6. Nec diuerſimode iudicandum eſt de ipſo ſtudio, ac diſciplina quę fauorabilis eſt, & de mercede quæ non videtur habere tot fauores. l. 1. §. diuus. ff. de var. & extr. cog. quia ſtudij cauſa, vt Alciatus inquit, dependet à ſalario, ex quo pręſumitur melius, ac libentius profeſſores, quibus ſtipendia exhibentur, alios edocere velle. l. medicos. C. de prof. & medi. lib. 10. & Aduocatos patrocinari, ſi ijs honoraria præſtentur. d. l. 1. § in honorarijs. Et ſicut dos ratione ſobolis, & honerum matrimonij cōſtituitur, ac priuilegiatur, ita iuriſconſultorum cauſa propter eorum labores in profitendo, & cauſis agendis fauorabilis eſt. ¶ Prædicta vero in-
2 telliguntur data paritate vtrinque, † cęterum ſi in altero ſit certius tempus ne dum diei, ſed horę, illud pręferendum erit, vt per Socci. in d. l. 1. vbi Iaſ. n. 4. verſ. 2. ſingulariter limita. ſol. ma. per not. a Cyn. & Bal. in l. de rebus. C. de donat. an. nupt. & Ioa. de Plat. in d. l. 1. C. de iure fi.
3 lib. 10. nam & certius id probari dicitur, † vt in prouiſionibus apoſtolicis firmauit Rota dec. 27. de præb. in nouis. Caſſad. dec. 20. eod. tit. & Ioa. de ſilua in tract. de Benef. par. iij. q. 21. nu. 10. Quibus tamen aduerſatur Feli. in c. paſtoralis n. 5. verſ. ratione vnius horæ. de reſcrip. Idem Socci. con. 67. eadē die. lib. 3. & Alcia. d. præſ. 43. n. 8. cum enim
poſſit

poſſit eſſe prior, vel poſterior hora, de prioritate nō conſtat. c. in præſentia. de proba. l. neque natales. C. eo. tit. & ideo in dubio pro fauorabili reſpondendum videtur. Sed hoc caſu non parum Iudicis arbitrio tribuendum eſſe dixit Socci. Iun. in d. l. 1. nu. 50. fol. mat. vt nempe hora matutina arguat inſtrumentum veriſimiliter præceſſiſſe, veſpertina ſecus, ad tex. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. ca. l. licet Imperator. de leg. 1. Si verò ſit meridiana, vel prope, ex qua veriſimilis prioritas elici non poſſit; fauorabilem cauſam ſuo frui priuilegio. & idem firmauit ibi Rip. n. 7. & 8. pluraque in eādem ſententiā retulit Iaco. Meno.
4 de arb. iud. caſ. 48. nu. 20. † Idque clarius procederet, ſi in tali ſcriptura non ſoleret apponi hora, nam appoſitio inſolita redderet ſcripturam ſuſpectam. ad not. in c. quam graui. de crim. fal. gl. in l. ſi quis ſub conditione. vbi Bal. ff. de cond. inſti. Alcia. d. præſ. 43. nu. 8. & Rolan. conſ. 39. nu. 30. lib. 1. cum hora non ſit de ſubſtātia inſtrumenti. gl. in Auth. vt prop. no. Imp. & in c. inter dilectos. de fi. inſtr. Abb. & Feli. in c. 1. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Stipendia Doctoribus non auferri in executionem iudicati.*
2 *Stipendia doctorum non ſequeſtrari.*

PRIVILEGIVM III.

Doctorum ſtipendia in executionem iudicati non auferuntur.

SIcut publica militum ſtipendia in cauſam iudicati non auferuntur. l. ſtipendia. C. de exec. rei iud. niſi in ſubſidium fiat. l. commodis.
1 vbi Bar. & Alex. ff. de re iud. † Ita in Doctorum ſtipendijs obſeruandū eſſe dixerunt omnes in c. peruenit. vbi Abb. n. 11. de fideiuſ. & idem in c. cum omnes. in 4. q. prin. de teſta. Bolog. in Auth. habita. n. 111. C. ne fil. pro pa. Rober. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. art. 3. prin. nu. 45. & Franc. Rip. in l. obligatione. n. 43. ff. de pigno. qui declarat habere locum in ſtipendijs promeritis, ſed nondum promerita etiam in ſubſidiū ſequeſtrari non poſſe, ne propterea a profitendi munere retrahantur, immo & in promeritis ratio habenda eſt, ne egeant, vt ibi per eum, & nos diximus infra priu. 95. Sicut igitur officiales non poſſunt ſtipendia
2 doctoribus auferre, † ita nec legem pœnalem depoſitorio imponere, ne ipſis ſoluāt, vt not. dixit Bal. ad ſpec. in tit. de cōſti. in vlt. addit. & in Auth. ſed iā cautum. C. depoſ. ſequitur, & cōmendat Marſil. ſing. 511.
PRI-

PRIVILEGIVM IIII.

Contra Doctores ſtipendia petentes non obſtat exceptio compenſationis.

ETſi quiſque creditorem ſuum, eundemque debitorem petentem compenſatione repellit. l. 2. ff. de compen. Sicut tamen contra do-
1 tem talis exceptio ceſſat, † ita contra doctores petentes ſua ſtipendia ſecundum Alberi. in l. 3. per illum tex. C. de comp. & communiter Doctores in l. 1. Vbi Rip. n. 142. ſol. ma. & Iodoc. in ſuo enchir. pari. in ver. ſtudiorum ſumptus.

PRIVILEGIVM V.

Reus tenetur edere actori in cauſa ſtudij.

QVamuis reus non teneatur edere inſtrumenta propria actori ad
1 fundandam eius intentionem l. 1. & fi. C. de eden. † Id tamen non procedit in prædictis cauſis fauore ſtudij, vt ſcripſit Fel. in c. 1. col. 7. verſ. fallit quarto. & ibi Dec. ſub nu. 19. de proba. & in l. fin. n. 19. C. eo tit. Purp. in l. 1. n. 18. C. de eden. & Andr. Tiraq. de priu. piæ cauſ. in præf. verſ. item relictum cauſa ſtudij. & in cauſis ſcholarium Rebuf. priu. 116. etſi diſſentiunt mod. Bononi. in l. 1. nu. 29. C. de eden.

PRIVILEGIVM VI.

Doctor publice legens ciuis efficitur loci in quo legit.

SIcut miles ciuis efficitur loci in quo ſtipendia meretur. l. municipes. §. miles. vbi gl. & Bar. not. ad municip. & gl. in l. ciues. C. de incol.
1 lib. 10. † Ita Doctor ſi publicè profiteatur, eius loci ciuis cenſetur, Bar. in d. §. miles. & in tract. repreſ. 5. q. prin. nu. 12. Alexand. ad Bar. in l. 1. nu. 28. C. de dignit. lib. 12. Roma. conſ. 216. Boer. deciſ. 260. n. 19. Ioan. de Anan. in rub. de magi. n. 19. & Petr. Rebuf. in comment. ad reg. conſti. tomo 3. in ti t. de domic. elect. in præf. n. 16. quod intelligendum eſt quoad ea, quæ commodum afferunt, quia inducta in fauorem non debent odium operari. l. diuus. de mil. teſt. l. quod fauore. C. de legi. & ideo Sholaſtici quoque, qui ob ſtatuta vbique ferè exiſtentia

hoc priuilegio fruũtur, vt dixit Bart. in l. 2. §. ſi emãcipatus. in fin. ff. de bon. poſſ. con. tab. Alex. conſ. 32. nu. 4. lib. 5. & Aret. in §. ius ciuile. nu. 22. Inſt. de iu. nat. gen. & ciu. ciuium damnis, & incommodis afficiendi non ſunt, vt not. Bal. Ang. Roma. Alex. & Iaſ. l. ſi Ruffinus. vbi etiã Dec. n. 15. & ſeq. C. de teſt. mil. Rip. in l. 1. n. 7. de leg. 1. Rebuf. de priu. ſchol. priu. 126. & Tiraq. de nobil. c. 6. n. 49. pro ijs tamen rebus, quas occaſione ſtudij contraxerunt, conueniri poſſunt, ac ita gloſſam in l. hęres abſens. in ver. debebit. de iud. declarat Bar. in tra. repreſ. q. 5. q. 5. prin.

PRIVILEGIVM VII.

Iuxta doctorum ſcholas cum earum pręiudicio ædificare non licet.

ETſi dominus ædificia altiùs tollere non prohibeatur, ſi domus ſeruitutem non debeat. l. altius. cum ſeq. C. de ſerui. & gl. in §. fi. Inſt. eo. tit. † Iuxta tamen doctorum ſcholas quis ædificare non poteſt, ſi earum luminibus officiat, quamuis nulla ſeruitus conſtituta ſit, vt per Barth. Cæp. de ſeru. vrb. præd. c. 39. fall. 10. de ſolo.

SVMMARIVM.

1 *Locum publicis ſcholis aptum quis vendere cogitur.*
2 *Vendere quis cogitur ob publicam vtilitatem.*

PRIVILEGIVM VIII.

Locum publico Gymnaſio aptum quis vendere cogitur.

IAm relato proximum eſt, quòd etſi rem ſuam vendere nullus cogitur. l. inuitum. & l. dudum. C. de contr. empt. c. 1. eod. tit. Sicut tamẽ pro conſtructione, vel neceſſaria ampliatione Eccleſiæ coguntur vicini eorum ædes diſtrahere. l. ſi quis ſepulcrum. §. pręſes autem. vbi Guil. & Floria. id not. ff. de relig. & ſumpt. fun. Iaſ. in l. 2. n. 4. ſol. matr. & Soc.
1 reg. 435. in 9. fallen. † Ita locum ad ſcholas, ſeu collegium ampliandum quis vendere cogitur Ioan. de Plat. in l. vni. C. de ſtud. lib. vr. Ro. lib. 11. Petr. Leſnan. de docto. par. 2. n. 26. & Barth. Cæp. de ſeru. vrb.
2 præd. c. 82. nu. 5. in tit. de ſepul. † Namque ob publicam vtilitatẽ præter iuris regulas rem ſuam quis vendere cogitur. l. 2. §. ſunt qui putant.
ff. ne

ff. ne quid in lo.pub. l.ſi locus.§. cum via publica ff.quemad ſer. amit. Bart.in l.ſi.C.ſi con. ius.& late Socc. d.reg. 435.

SVMMARIVM.

1 ***Domum conducere, & retinere inuito domino Doctor quo caſu poſſit.***
2 ***Domus I.Conſulto in celebri loco aſſignanda eſt.***

PRIVILEGIVM IX.

Doctor poteſt cogere ciues ad locandam ſibi domum.

ETſi nemo rem ſuam alteri locare cogitur. l. locatio §. 1. ff. de pu-
1 blic.l.inuitos.C.loca. † Doctor tamen alienam domum conducere etiã inuito domino, iniuſteq; reluctãte poteſt. ita dixit Guil.de Cun. in l. decernimus C. de epiſc.& cler. Bal. & Angel.in l. 1. in fi. ſol.ma. Bar.in l. 1. n. 6.C.de dignit. lib. 12. Franc.Mar.dec.635.n.6.& ſequi-
2 tur Petrus à Duen.reg. 213.in 4. ampl. † Eique non in remoto, ſed celebri loco aſſignanda eſt.l.2.§.iuris ciuilis vbi plura Hier.Cagn.n.476. de orig.iu.quò facilius a Scholaſticis, cæteriſque cõſuli valeat, eſt enim domus l. Conſulti totius oraculum ciuitatis. Quinimo doctor domo expelli non poterit, etſi dominus proprijs vſibus neceſſariam probauerit.contra l. ædem. C. loca.quod in Scholaſtico firmauit poſt. Bal. & alios Rip. in d. l. 1. in fin. ſol.ma.& Petr. Rebuf.priu.8.& elapſo locationis tẽpore eam retinere poteſt, vt per Afflic.in rub.de iure pro thom. n.3. Ideo Doctores, & Scholares Bononienſes ſub pœna excommunicationis aliorum Doctorum hoſpitia ante tempus cõductionis, & ſine eorum conſenſu conducere prohibentur.c.1. vbi Butr. & Abb.de loca.

SVMMARIVM.

1 *Collegium licitum Doctores faciunt.*
2 *Collegium Doctorum poteſt ſtatuta condere.*
3 *Collegij Doctores poſſunt aliquem priuare collegio.*
4 *Reſtitutus ad collegium quem locum recuperet.*
5 *Statuto quòd non poſſit eſſe de collegio niſi originarius, an filius non originarius excludatur.*
6 *Collegij doctores omnes recuſari poſſe.*
7 *Maior de collegio quis dicatur.*
8 *Collegij præfecto abſente antiquior ſuccedit.*
9 *Peruſinorum Doctorum laus.*

PRIVILEGIVM X.

Doctorum collegia approbata ſunt.

ETſi collegia, vniuerſitates, & huiuſmodi corpora vti ſuſpecta non permittuntur. l. 1. ff. de coll. & corp. ill. cum videamus non rarò improbos ſub alicuius ſacri conuentus prætextu multa aduersùs pudicitiam, legesq́ue moliri, quod elegāter proſequitur Tit. Liu. lib. 39. Alex. ab Alex. dier. geni. lib. 4. c. 3. in fin. & Andr. Alcia. in l. Neratius. de
1 ver. ſig. † Doctores tamen faciunt collegium licitum, & approbatum. c. ex literis. vbi not. de conſti. Bar. in l. fin. nu. 7. de coll. illi. Bal. Sali. & Bolog. in Auth. habita. C. ne fil. pro pa. Port. in §. tam autem. in fi. de
2 lega † Quare poſſunt ſtatuta condere, & alia quæ ſunt vniuerſitatis
3 exercere. iux. l. fi. C. de iur. om. iu. † Nec non aliquem ex cauſa priuare collegio. Bal. in l. nemo. in fin. C. de ſum. Trin. & notant omnes in dict. c. ex literis. Quocirca egregiè cenſuit Bart. in l. 2. ff. de decur.
4 † Doctorem reſtitutū ad Collegium quo ſua culpa priuatus fuerat; nō recuperare locum interim alteri conceſſum, & cum eo ſentit Dec. in l. cum quid. n. 11. in prima lectu. ſi cer. pet. & in c. clerici. n. 17. de iudi. Feli. con. 1. n. 29. quòd ſi iniquè, & per inuidiam excluſus ſit, eum recuperare dixit Alcia. reg. 1. præſup. 45. nu. 9. & Iacob. Menoc. de recup. poſſ. remed. 10. n 107.
5 Sed & illud controuerſum quādoque eſt, † an ſtante ſtatuto, ꝙ quis non poſſit eſſe de collegio, niſi originarius ſit, ſi pater ſit originarius, filius verò caſu aliquo alibi natus, an is doctor effectus debeat a collegio excludi, vel admitti. Paul. Caſtr. in l. huiuſmodi. §. legatum. de leg. 1. ſcripſit, cum id Patauij eueniſſet in filio cuiuſdam doctoris, eum in collegium cooptatum fuiſſe. & idem refert Feli. de ſe ipſo in c. Rodulphus. n. 14. de reſcrip qui cum in Felina oppido Regienſi natus eſſet, parentū tamen cauſa in Ferrarienſe collegium admiſſus fuit. Quod licet æquitatem ſapiat, vt per Iaſ. in d. §. legatum. n. 19. contrarium tamen de iure verius eſſe dixerunt communiter in dict. §. legatum. Paul. Alex. Iaſ. & alij rationibus per eos adductis, quas referre præſentis nō
6 eſt inſtituti. Id tamen ſciendum eſt † omnes collegij Doctores recuſari poſſe ſecundum Alberi. in tract. ſtatur. par. 2. q. 101. ſi tamen manifeſtè conſtet de iuſta cauſa. Rip. in c. 1. nu. 40. verſ. intellige iſtam. de
7 iudi. Capic. deciſ. 138. nu. 6. & 7. Menoc. caſu 458. n. 18. † Maior vero de collegio non ætate dicitur, ſed qui prior dignitatem conſecutus eſt, & in collegium cooptatus, vt docuit Roma. in l. ſi vero. §. de viro. nu.

ro. nu. 85. ſol. ma. Gaſp. Vallaſ. in l. imperium. n. 11. de iur. om. iud.
8 Tiraq. de Nobil. c. 10. nu. 11. † Et Præfecto collegij abſente, qui in ordine vetuſtior eſt, eius vice ſupplebit. l. 2. C. de præf. præt. lib. 12. Et ſicut ſcholarium Vniuerſitas nihil ſtatuere poteſt in præiudicium doctorum, ita nec illi in ſcholarium detrimentum, Bal. in d. Auth. habita. col. 2. verſ. ſecundo quæro. & Bolog. n. 35. & ideo iuramentum præſtitum a Doctoribus, quòd ſcholaſtici gratis promoueri non poſſint; obſeruandum non eſſe docuit idem Bal. in l. ſi ad excludendam. nu. 3. C. de reb. cred. & in c. conſtitutis. n. 14. de appel. ne inuida paupertate
9 oppreſſi ingenium pereat. † Quod profectò de Peruſinis hodie timendum non eſſet, cùm nonnullos viderim pecuniæ portionem eos contingentem amicis laureatis humaniſſimè reddidiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia doctoratus doctores tribuunt.*
2 *Vicarius epiſcopi, vel archidiaconus quare interueniāt in creatione doctorū.*
3 *Fidei profeſſio in doctoratu hodie neceſſariò adhibenda.*
4 *Doctores ſeptem in approbatione requiri.*
5 *Doctores promouentes an iurare debeant.*
6 *Doctoratus gradum indignè petens peccat.*
7 *Licentiatus, vel approbatus in vno collegio an poſſit in alio inſignia cōſequi.*
8 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
9 *Præſentatus ab vno doctore an poſſit ab alio doctorari.*
10 *Inſignia doctorum quæ ſint.*
11 *Inſignijs ſemper vti doctores non coguntur.*
12 *Toga aduocatum oſtendit.*
13 *Doctoratus gradum quomodo quis probare debeat.*

PRIVILEGIVM XI.

Doctor Scholaſticum ad doctoratus gradum promouet.

Sicut militem creare militis eſt officium, vt not. Bal. in l. qui in aliena. §. interdum. per illum tex. quem Imo. Alex. Iaſ. & alij ſequuntur. ff.
1 de acq. hæred. Alex. ad Bar. in l. 1. nu. 84. C. de digni. lib. 12. † Ita Doctor Scholaſticum ad doctoratus gradum promouere ſolet, vt not. relati omnes in d. §. interdum. Vbi Iaſ. nu. 19. ac idem in rub. vt nemini lice. ſi. iud. auct. nu. 5. Doct. in §. hæc aūt tria. in proe. Dig. & meminit

nit Curtil.de Nobil. par. 3.n. 104. Et quamuis Sum. Pontifex poſſit pręſtare authoritatem creandi Doctores in iure canonico, & in ſacrà pagina. Imperator verò in iure ciuili, vt per Fel. in c. per tuas. col. 2. de mai. & ob. & not.Cagn. in proe. Dig. nu. 249. Ex quo tamen Papa vicem Dei gerens in terris. c. 2. & 3. de transl. præl. maior eſt Imperatore.c.duo ſunt. 69. diſtin. c. ſolitæ.de mai. & ob.quem vngit, confirmat, reprobat, & ab eo iuramentum recipit fidelitatis. c. venerabi-
2 lem. de elect. c. apoſtolicæ.de re iud. lib.6. † Hinc eſt quòd Archidiaconus, Vicarius, vel ſimilis perſona eccleſiaſtica in collatione vtriuſque gradus authoritatem præſtat, in quo poſt diligentem morum, & do-
3 ctrinæ inueſtigationem † etiam fidei profeſſio adhibetur. iux.bullam Pij 4.Alioqui doctoratum irritum cenſuit Illuſtriſs. Cõgregatio interpretum ſacri Concilij ab Vniuerſitate Papienſi conſulta, vt habetur de-
4 claratione 337. & ſeq. † Septemque Doctores requiruntur ad eum approbandũ.l. ſi quis.C.de prof. & med. lib.10. gl. fin.in l. magiſtros. vbi Bar. & Ioa. de Plat. eod. tit. & notant Canoni.in c. propoſuiſti. vbi Abb. n. 8. de proba.qui propterea docuit,vbi vnius Collegij doctores tot non extant,alios e ciuitate,vel loco vicino euocari poſſe, Peruſij tamen ex Priuilegio Sum. Pontificis quatuor ſufficiunt,vt retulit Bar. in d.l. magiſtros. quod Senis quoque eſſe dixit Abb. in d. c. propoſuiſti. & Bolog. in d. Auth. habita. n. 24. Quod & alibi ſumma ratione conceſſum eſt. Turpis enim egeſtas efficit, vt aliqui propter graues expenſas, quæ in ſuſcipiendo doctoratus grado in pleriſque Vniuerſitatibus fieri ſolent,ad optatos, debitosq; honores peruenire non poſſint. Quin & librorum rerumque aliarum ſumptus inacceſſibiles plerumque cogunt ſumma ingenia egeſtate oppreſſà ſtudia deſerere. Quod emblem. libello Alciatus oſtendit.

Ingenio poteram ſummas volitare per arces
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

5 † Tales verò promouentes iurare debent ſaltẽ de credulitate ſcholaſticos eruditos eſſe,ac laurea dignos.l.nemini.C.de adu. di.iud.& ſenſit Bar. in d.l. magiſtros.poſt gl. ibi quæ id ſub dubio reliquit, & ſequitur Abb.in d. c. propoſuiſti.n. 12.& ibi Dec. nu. 16.qui ita in Papieñ gymnaſio obſeruari teſtatur, & ideo in licentia doctorandi, quæ per breue concedebatur, addebatur clauſula & aſſiſtentium votis iuratis, teſte Io. Staphi.de reſcrip. ap. in for. Breu.§.datur per breue. n.13.quem morẽ ob periurij facilitatẽ multi nõ admittunt,cũ nõ rarò eueniat,quòd ignari promoueãtur,quare cõtrariũ obſeruari Patauij,Piſis,& in quibuſdã alijs Vniuerſitatibus dixit ibi Dec.& Iac.Men.de arb.iud.caſu 192.n.6.
6 Sed hic prætereundũ non eſt, quòd † gradum in iure ciuili indignè

petens,

petens,aut ad illum admittens,ſiue etiam idoneus ad iniuſtè lucrandū
eum aſſumẽs grauiter peccat.gl.in clem.2.de magi. Anchar. in clem.1.
in vl. not.de æta.& qual.Neuiz.ſil. nupt. lib. 5.n. 54.& admonuit ſum.
Silueſt. in ver.Doctor. n. 5.in fi.aſſerens id magis habere locum in ſa-
cra Theologia,& iure Canonico,etiam ſi ab idoneo petatur principali-
ter ad honorem & commoditatem, ſi tamen finis ipſe intentus ſit pec-
7 catū mortale. † Neque Scholaſticus in vno gymnaſio examinatus ali-
bi lauream conſequi poteſt. Bal.in l.qui indignus.ff. de ſenat. niſi nouū
ſubeat examen,vt declarat Iaſ. in l.nulli.n.10.C.de iudi. quo caſu etſi
Scholaſticus iuraſſet alibi lauream non ſumpturū,adhuc ob nouū exa-
8 men poterit alibi doctoratus inſignia ſumere, † Iuramentum enim in-
telligitur rebus ſic ſtantibus.l.vlt.in prin.ad municip.c. quemadmodū.
vbi Inno.& alij de iureiur. Fed. de Sen. con. 281. caſus talis eſt. Caſtr.
448.ad fi.lib.1.Dec.335.ſub n.3.& probat Tiraq. in l.ſi vnquā.in prin.
n.161.C.de reuoc.don.ac ita intelligendū eſſe Baldū in præalleg. l.qui
indignus dixit alibi Iaſ.in l.quod ſeruius.n.10.ff.de cond.cau.da.Alcia.
reg.2.præſ.16.n.7.Iac.Meno.caſu 371.n. 17. Gozad. con. 27.nu.1.&
9 Soc.Iun.con.3.n.29.lib.2. † Nec præſentatus ab vno Doctore poterit
ab alio doctorari, niſi is ſit ſubſtitutus, vel ex cauſa id fiat.arg. l.1.ff. de
off.conſ. vt poſt Bal.in d.l.qui indignus.dixit Iaſ. in præcit.l. nulli.qui
& Piſis,& Patauij id obſeruari teſtatur,etſi Papiæ,ac Taurini vnus præ-
ſentet,alter inſignia conferat,vt refert Menoc.d.caſu 371.nu. 19.
10 † Doctorum verò inſignia ſunt liber,ad tex. in c. lector.23. diſt. qui
clauſus mox apertus datur, indicans facultatem profitendi traditam.
Biretum in ſignum coronæ,vt dixit Luc.de Pen. in l. murileguli.C.de
murileg. lib.11.& declarat Alcia.lib.8. parerg. iu.c.10. Annulus quia
ſponſus ſcientiæ factus eſt,de quo infra diximus priu. 37. Item Cathe-
dra,ſed ſtudendum eſt,ne illi iniuria fiat.c.fin. 40. diſt. Zona, quæ in
aliquibus Vniuerſitatibus in ſignum victoriæ dari ſolet. Oſculū, vt pa-
cis fœdus in facultatibus iuris ſerues perpetuum. Quibus etiam accedit
Benedictio, vt per Card. in clem. 2. de magi. quæ omnia poſt Ioan. a
Plat. declarat Barth. Caſſen. in cathal.glo. mun.par. 10.conſid. 36. &
Lancil.Conrad. in ſuo breuia.præt. in prin. n. 10. cum ſeq. & hæc in-
ſignia Doctor dat Scholaſtico ſicut pater filio,vt per Fabr. in l. 2. C.de
11 vet.iu.enucl.† Quibus tamen ſemper vti doctor non cogitur,ſed ſi ve-
lit,etiam coram principe vti poteſt,vt not.Bar. in l.vni. per illum tex.
C.de honor.vehic. lib. 11. quē ſequitur Ant. Corſet. in ſing. in verſ.
12 doctor.& Caſſen. d. par. 10. conſid.37. † Etſi decenti ſaltem toga
eum incedere decet.l. fin. C.de poſtul.l. ſed & ſi quis.§. mancipium.
vbi Floria. id not. ff. de vſufr. & Specul. de Aduoc. in §. ſequitur.

Sicut

Sicut enim clamides militem, purpura regem, ſtola ſacerdotem, & monachum cucullа, Ita Doctorem vel Aduocatum toga demonſtrat. gl. in L. 1. C. nul. lic. in fręn. lib. 11. & facit tex. cum gl. in cap. nemo. ibi togatorum conſortium. de pænit. diſt. 1.

13 † Huc quoque ſpectat animaduertere, doctoratus gradum per communem reputationem probari, quòd ſi incidenter ſolùm de eo quæratur non data oppoſitione aduerſarij, fortè vnus teſtis cum iuramento ſufficeret, ad not. per Ia ſ. in l. huiuſmodi. §. legatum. col. fin. de leg. 1. Petr. Rebuf. in tract. nomin. q. 14. nu. 32. vt ad effectum regulæ de annali poſſeſſore annotauit ibi Lud. Gomeſ. q. 36. prope fin. qui præterea docuit, prædictam probationem non ſufficere, ſi ageretur de magno præiudicio alterius, vt in caſu prærogatiuarũ expectantium, quibus graduatus alteri non graduato cæteris paribus præferendus eſt. Tunc enim quis doctoratus gradum, vel alium per literas probare teneretur, vel ſaltem per teſtes, niſi per decennium ſe pro doctore geſſiſſet, quo caſu abſque alia priuilegij oſtenſione decennium ſufficeret, vt notab. dixerunt Paul. de Caſt. Bal. & alij in l. ſi ſolemnibus. C. de fid. inſtr. & in l. etiam. C. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Tutelam in patria ſubire doctor non cogitur.*
2 *Excellens doctor extra patriam à tutela excuſatur.*

PRIVILEGIVM XII.

Doctor ad tutelæ, curæve munus cogi non poteſt.

QVamuis tutela ſit munus publicum, quod ſubire omnes regulariter tenentur. l. nullus. C. de decurio. lib. 10. † Doctor tamen
1 ſi in patria profiteatur a tali munere immunis eſt. l. ſed & reprobari. §. amplius. Vbi glo. & omnes not. de excuſ. tut. & in §. item Romę. Inſt. eod. tit. Nec in Romana ſolum, ſed & in cęteris Vniuerſitatibus procedit, in quibus iura ex priuilegio, vel conſuetudine docentur,
2 vt per gl. communiter receptam in d. §. amplius. † Quinimo ſi valde in diſciplina emineat, extra patriam quoque ex reſcripto Diui Pij excuſatur, nam vbicunque is legat, honorat patriam ſuam, vt poſt Bald. dixit Hier. Cagn. in proe. Dig. n. 257. & Petr. Reb. ſuper concord. Franciæ in tit. de regia ad præl. nomi. fac. §. 1. in ver. excellentis. doctrinæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subſtituere quibus caſibus poſſit doctor conductus ad legendum.*
2 *Subſtituere doctor an poſſit, qui iurauit ſuo facto adimplere.*
3 *Subſtituere æquè idoneum doctor tenetur.*
4 *Scholaſticus ad lecturam ſubſtitui non poteſt.*
5 *Filius doctor faciliùs ſubſtituitur.*
6 *Subſtitutus retinet locum, & æmolumenta ſubſtituentis.*
7 *Scholaſticorum conſenſum in ſubſtitutione requiri.*
8 *Cicer. locus ad Trebat. l. Conſultum.*

PRIVILEGIVM XIII.

Doctor multis caſibus per ſubſtitutum legere poteſt, eique ſalarium debetur.

QVamuis ij, quorum fides, & induſtria electa eſt, alium ſubſtituere nequeant. c. fi. §. is autem. de offic. del. l. inter artifices. ff. de
1 ſolut. & per Docto. in rub. ff. de off. eius. † Doctor tamen conductus ad legendum poteſt multis caſibus munus hoc per ſubſtitutum adimplere, eique ſalarium debetur, ac ſi ipſe profiteretur, vt poſt Cyn. Petr. & Alberi. in l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll. dixerunt Bar. Bal. Imo. Aret. Cuma. & alij in l. nemo eſt. ff. de duob. reis. idem Bart. in l. inter artifices. n. 5. & Canon. in c. 1. vbi Abb. n. 2. & Feli. n. 10. de ſum. Trinit.

Primus igitur caſus eſt, ſi id ſpecialiter inter ipſos contrahentes actũ ſit. arg. d. l. nemo eſt. & l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. & ſi a principio expreſſa ſit perſona quæ Doctoris loco profiteri debeat, voluntas contrahentium facit, vt illa æquè cenſeatur, tam etſi verè ſit minus perita, vt per Card. & Abb. in c. fi. de off. del. & tradit Ioa. Roncheg. qui poſt alios hanc materiam tractat in d. l. nemo eſt. n. 25.

Secundus eſt caſus ſi doctor id efficere ſolitus ſit, vel ſi in illo gymnaſio id fieri ab alijs profeſſoribus moris erat, tacitè enim intelligitur actum, vt iuxta conſuetudinem ſeruire debeat, ad tex. in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædili. edi. Abb. in c. cum M. ſub n. 5. de conſti. & poſt relatos in d. l. nemo eſt. ſenſit Hier. Cagn. in l. ſi quis maior. nu. 72. C. de tranſ. Roma. con. 94. n. 8. Dec. con. 70. col. 1. verſ. & eſt regula. Afflic. deciſ. 126. n. 2.

Tertius caſus eſt cum doctor infirmitate, vel alio probabili impedimento detentus eſſet, vt poſt Aret. & Cuma. in d. l. nemo eſt. dixit Ioa.

Roncheg. num.30. Dec. in l.diem functo. num.19. & ibi Cagno. nu. 195. ff.de offic.aſſ. arg. l.in filijs. §.neminem. C. de decur.lib.10.Imò ſi graui infirmitate detentus munus hoc obire nequeat,integrum ei honorarium præſtandum eſt, etſi non legat, vt not. docto. in d.l.diē functo. & nos diximus infra priu. 22. in 4.ampl. alterum ergo ſubſtituere poterit. Idem iuris eſt ſi is peregrinari neceſſariò debeat, vel vrgens aliquod negotium expedire,etſi ſuperioris licentia requiratur. Roma. ſing.448. incip. Doctor. per tex. in l.hac lege. C.de prox.ſac.ſcrin.lib. 12. quem ſequitur Dec. d. conſ.70. cum relatis per Cagn. in d.l. diem functo. num.189. ex quibus ſatis infertur, quòd ſi is doctor vltra tempus præfixum redire negligat,ſtipendium perdat. ad glo. in l. deſertorem.§.ſi ad diem. ff. de re milit.quod magis procederet,ſi ex tali lecturæ impedimento lucrum ſentiret, ad tex. in l.fi. C.ad leg.Iul. rep. quia in voluntarijs difficultas excuſare non debet, ſed ſolùm impoſſibilitas, l.ſicut.C.de act.& oblig. & declarat Roncheg. d.loco.num.30.

Quartus caſus eſt in doctore antiquo, & valde ſene, qui ſenectutis cauſa legere non poſſit, ita Bar.in l.in metallū.ff.de pœn.quod tamē declarat Roncheg. ſub num. 33. vt procedat, ſi tale impedimentum ſuperuenerit, donec profeſſus eſt in eo gymnaſio, ad tex. in l.excepto.C. loca. ſecus ſi conuentionis tempore impedimentum ſubeſſet, quia non eſſet ita excuſatione dignus.

Quintus caſus eſt in doctore, qui per vicennium publicè docuit,cum enim illuſtris efficiatur. l. 1. cum glo. C. de profeſ. qui in vr. conſt.lib. 12. Bart.in proœ.Dig. nu.5. idque crebrius receptum dixit Iaſ. in l. 1. nu.12.ff.de offic. eius. per ſubſtitutum legere poterit. ita Andr. Sic.in c.fi.de offi.del.ac in Salamantino gymnaſio obſeruari dixit Vallaſ.in l. imperium. num.103.ff.de iur. omn.iud. quem retulit Roncheg. præcit. loco.nu.32. qui tamen hoc non admittit, etſi eum ab alijs muneribus excuſari aſſerit.

2 Declaratur primo non habere locum,ſi † is doctor iuraſſet munus illud legendi ſuo facto adimplere, quia cum & eo caſu videatur electa induſtria perſonæ, promiſſio ſeruanda eſt, nam ratione iuramenti quis tenetur præciſè ad factum, per glo. in l. ſi pecuniam. in ver. neceſſe habeas. ff. de con. ob cau. Bal. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod int. Ant.de Petr.in l.1.ff.de iureiur. in 8. effectu iuramenti. qui tamen excipit factum impoſſibile,ſeu valde difficile,& vrgentis neceſſitatis; quē ſequitur Roncheg.d.loco.nu.24.ex quo iuramentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. c.quemadmodum. de iureiur. Tiraq.in l. ſi vnquam.in princ.n.161. C.de reuo.don.

3 Declaratur ſecundo, † vt æquè idoneum ſubſtituere debeat, vt volunt

ſunt omnes in d. l. nemo eſt. Philip. Franc. ad reg. qui per alium. de reg. iur. lib. 6. & Alciat. lib. 1. de verb. ſign. pag. mihi 50. verſ. hinc eſt. quod eorum iudicio quibus ſeruire debet, tribuendum eſt, vel etiam boni viri arbitrio, vt not. Imo. in l. continuus. §. ſi ab eo. num. 18. de verb. oblig.

4 Declaratur tertio, † vt Scholaſticum quamuis doctum, & idoneum ſubſtituere nequeat, cùm ei interpretandi facultas nō ſit conceſſa. Lud. Gomeſ. in §. fuerat. num. 11. & ſeq. de actio. & Dec. in c. propoſuiſti. iux. fin. de probat.

5 Declaratur quarto, † vt facilius filiū, quàm alterū ſubſtituere valeat, ad tex. in l. ſciendū. §. item legati. ff. de leg. 1. quod Papiæ Baldum obſeruaſſe inquit Bolog. in Auth. habita. nu. 265. C. ne fil. pro pa. Sicut enim ij magis honorandi ſunt, ita magis de illis iura præſumunt. l. iubemus. §. & filios. C. de adu. diu. iud.

6 Declaratur quinto, † talem ſubſtitutum eum retinere locum in ordine, alijsq; priuilegijs, & emolumentis frui, quibus vtebatur is, in cuius locum ſuffectus eſt. l. decernimus. vbi Bart. C. de aquædu. lib. 11. Bal. in l. minor. §. pen. ff. de proc. & Ronch. in d. l. nemo eſt. n. 36. & ſeq.

Ex quibus ſatis apparet præter rationabilem cauſam ſubrogatum nō admitti, adeo vt contrafaciens amittat commodum ſtipendij, vt per Roncheg. n. 20. & Vallaſ. in d. l. imperium. ſub n. 102. Nam ſi doctoribus id paſſim liceret, Scholaſtici facilè hinc cauſa deſumpta aberrarent. † Quare eorum quoque conſenſum ad hoc requiri dixit Card. in c. ſi. de offic. del. & Barth. Cæp. in l. ſi quis. col. 3. de verb. ſign. Ronch. præcitato loco n. 39. & Marcus Mant. apophtheg. 32. ſingulare verbū. Namque & eorum non parum intereſt, eum audire præceptorem, quē elegerunt, cuius viua vox quantùm efficiat, colligitur ex §. & antea. cū ibi adductis. in proœ. Dig. & docuit † M. Tull. ad Trebatium iuriſconſultum lib. 6. epiſt. quæ incipit, Vide quanti (inquiens) non longè abieris, nam ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt, qui quamquàm plurimi ſint, Doctorem tamen, lumenque deſiderant.

(7 and 8 in margin beside "rent. † Quare" and "ibi adductis … docuit †" respectively)

SVMMARIVM.

1 *Doctor qui per viginti annos publicè docuit illuſtris eſt.*
2 *Conſules illuſtres eſſe.*
3 *Comites illuſtres eſſe ſi in eorum ditionibus regiam poteſtatem habeant.*
4 *Priuilegium remunerationis gratia conceſſum latè interpretandum.*
5 *Doctor in Lectura vicennali computare debet annos lecturæ ante gradum doctoratus.*

C-- PRI-

PRIVILEGIVM XIIII.

Doctor qui per vicennium publicè docuit, illuſtris efficitur.

9 *Salarium deberi doctori infirmo.*
10 *Stipendia compromotionum ad hæredes tranſmitti.*
11 *Iudices quoque, & Aduocatos ſalaria tranſmittere.*
12 *Salarium conditionale ſi operæ præſtarentur, non deberi.*
13 *Gymnaſij conſuetudinem attendi in tranſmiſſione ſalarij.*
14 *Diſpoſitio qualibet recipit interpretationem a conſuetudine.*
15 *Salarium tranſmitti ſi Doctor legere incæperit.*

PRIVILEGIVM XXII.

Doctor ſi poſt lecturam inchoatam decedat, ſalarium ad hæredes tranſmittit, eique abſenti, vel legere impedito debetur.

1 QVamuis artifici pro rata temporis, & laboris merces debeatur. l. Seio. ff. de ann. leg. l. ſi vno. §. item cùm quidam. ff. loca. l. ijs. Scholaribus

laribus.in fi. & l. pen. C. de errog. mil. anno.lib.12.adeo vt nec militi captiuo alioquin de republica bene merenti,ac priuilegiato pro tempore captiuitatis ſtipendium ſit prſtandum l. 1.vbi Bar.not. C.de re mil.
2 lib.12.† Doctor tamen ſi poſt lecturam incohatam decedat, integrum anni ſalarium ad hæredes etiam extraneos tranſmittit. l. diem functo. vbi Bar. Alberi.Iaſ. Dec.Curt.Ioa. Bapt.a S.Seuer. & Hier. Cagn.ff.de off. aſſ. Idem Bar. in l.1.§. diuus.n. 17. ff.de var.& extr. cogn. Bal.in l. vni.in 3.q.C.de ſuff.Spec.in tit.de ſalario.§.fi.Bolog.in Auth.habita n. 318.C.ne fil.pro pa.& idem con.71.& Dec.con.70.Grat.con.129.n. 5. lib.1.& Franc. Rip. de priu.contr. temp.peſt.n.117. cum ſeq. Eſt enim beneficium a lege illis conceſſum,ob dignitatem, ac probitatem ſcientiæ, & intellectus,ideo benignè agitur, & ampla fit interpretatio,namque intereſt Reip. ita fieri,vt ſpe præmiorum docti,probique viri exurgant.
Extenditur primò hæc ſententia, vt procedat non ſolùm in doctore
3 decedente,verùm etiam † ſi is cum ſuperioris licentia recedat, quia pro tempore abſentiæ ſtipendium debetur.gl.in l.deſertorem.§.ſi ad diem. ff.de re mil. quam ſequitur Bal.in l. ſi ea conditione C. de cond. inſer. Iaſ.in l.diem functo. n.41.vbi Seuerin.q.34.& Rip. precit. loco n.119. namque ob ſuperioris licentiam habetur pro prſente.l. hac lege C. de prox. ſacr. ſcri.lib.12. & Bal. in d. Auth. habita, vbi Bolog. n. 318.ex quo ſequitur, quòd ſi eius culpa ab amica forſam detentus non legat, aut ſine licentia receſſerit, integro ſtipendio priuari debeat, vt poſt Iaſ. in d.l.diem functo n.40.& Cagn.n. 190. docuit Rip. de peſte n.119. & Dec.d.con.70.in fi.Qua ratione & ſi is profeſſor Reip.cauſa abſit,integrum ſalariũ promeretur. l. Iulianus.§.cum quoque.vbi Bar.ff. ex qui. cau.maio.
4 Extenditur ſecundò,vt procedat etiam † ſi ob timorẽ peſtis, vel belli ante finem anni,& completi ſtudij recedere ſit coactus,quia cùm per ipſum non ſtet, quin ſuo fungatur munere, annuo ſtipendio fraudari non debet, vt per Cagn. ibi n. 186. Rip. in prælleg. loco n. 114. & n. 132. & voluit Innoc.in c. propter ſterilitatem. de loca. prouidendum eſt enim quod tutius eſt,l. generaliter.§. ſi homini libero. ff. de ſta. lib. nec quiſquam iubente canone morti ſe exponere debet,vt poſt Rip. di-
5 xit Silua.con. 28. n.9.& n.20. lib. 1.facit.quia † peſtis, ſiue belli timor magis bello quàm paci accedit. ad tex. in l.pedius in prin.& in l. 1. §. ſi ſuſpitio.ff.de incen. rui. & nauf. quod & inſinuauit M.Tull. Nam cum hoſtium copiæ non longè abſunt, etſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit.

Extendi-

6 Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam † ſi Doctor profiteri non incœperit, ſed id differat mandato ſuperiorum, cùm enim quis debet operas, & facto eius cui præſtare debet, impeditur, integrum ſalarium debetur, gl. in d. §. diuus. vbi Bar. in 2. col. Cagn. in d. l. diem functo. num. 188. & latè conſuluit Dec. d. con. 70. pro doctoribus Piſis legentibus, qui ob aduentum Regis Francorum ex mandato officialium le-
7 gere diſtulerunt, adeo vt ea de cauſa toto anno obſtinuerint. † An verò noſter hic Profeſſor ob non ſolutionem ſalarij poſſit deſiſtere a profiten do tradit Abb. in c. peruenit. il 2. n. 4. de iureiur. & Feli. in c. quia nonnullis. de magi. qui præterea declarant, quo caſu doctor pro tempore ceſſationis ſalarium habere debeat, qua de re vide etiam quæ poſt Richar. Alberi. & Rapha. ſcribit Barth. Cœp. in l. ædiles etiam. §. ordinem. ff. de edil. edic.

Extenditur quarto, vt procedat etiam ſi plures ſalarij præſtationes per menſes, vel aliter fieret, Nam cùm vnica ſit præſtatio annalis, totius quoque anni præſtandum eſt. d. §. diuus. vbi Bar. n. 17. verſ. primo caſu. quem communiter ſequuntur in d. l. diem functo. vbi Cagn. n.
8 177. reiecta opinione Butrij, & Salic. contrarium aſſerentium. † Si verò talis Doctor cōductus eſſet ad plures annos, vt in omnibus ferè Vniuerſitatibus fieri ſolet, non tranſmittit ſtipendium totius temporis, ſed eius tantum anni in quo decedit, vel legere impeditur l. poſt duos C. de adu. di. iud. & ita Butrij, & Salic. ſententia procedere poſſet, certum enim conſtituitur ſalarium pro quolibet anno, nimiſque Reſpublica grauaretur, ſi pro toto tempore illud ſoluere deberet. Id tamen
9 ſine dubio ſeruandum eſt, † vt ſaltem pro tempore infirmitatis vſque ad diem mortis hæredibus debeatur. ad l. cum hæres. §. ſticus. Ibi cupientes nobis ſeruire aduerſa valetudine impediuntur. ff. de ſta. lib. gl. & Bar. in d. §. diuus. Cagn. in d. l. diem functo. n. 186. & Franc. Viu. com. opi. in ver. Doctor.

10 Extenditur quintò, vt non ſolùm lecturæ ſtipēdium, † ſed compromotionis portionem, quæ in laureando percipi ſolet, ad hæredes tranſmittat, ſi tamen Scholaſticum præſentando teſtimonium ſufficienter præſtiterit. ita ex ſententia Curt. Seni. in d. l. diem functo. concludit Cagn. n. 191. etſi Curt. Iuni. ibidem col. 7. compromotionum commoda totius anni, in quo moritur tranſmittere aſſerit.

Extenditur ſextò relatum priuilegium, vt non ſolum Profeſſoribus competat, † ſed Aduocatis, & Iudicibus maioribus, quibus præcipuè ob eorum dignitatem ſalarium pręſtatur, vt concludit Dec. in d. l. diem functo n. 17. in fi. & Curt. iun. n. 29. quod obſeruatum fuiſſe in perſona D. Iacobi de Gabrielibus de Eugubio Bononiæ Poteſtatis teſtatur

Bar.

Bar. in d. §. diuus n. 15. verſ. & eadem ratione. cum is ob aduentum Legati iuſtitiam commodè exercere non poſſet:credendumq; eſt, eum perſpicacis fuiſſe ingenij, fuit enim pater illius Nelli, qui ad motum labiorum homines quantumcumque ſecrete loquentes intelligebat, de quo etiam meminit Bar. in rubr. de verb. obl. n. 7.

12 Declaratur tamen relatum priuilegium, † vt non procedat, ſi ſtipendium conditionaliter promiſſum eſſet, ſi operę præſtarentur, ad tex. in l. legatum. C. de condi. inſer. contractus enim ex conuentione legem accipit. l. 1. §. ſi conueniat. ff. de poſi. l. non aliter. de leg. 2. ſecus ſi ſtaret per conductorem vt per Dec. d. con. 70. ad fi. & voluit Caſtr. in l. ſi vno. §. item cum quidam. ff. loca.

13 Declaratur ſecundo, † niſi conſuetudo Gymnaſij aliter diſponeret,
14 vt poſt alios Cagn. n. 180. † cum ab ea quælibet diſpoſitio interpretanda ſit. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. ed. l. ſemper in ſtipulationibus. vbi not. de reg. iu. Inno. in cap. olim de verb. ſig. Roma. conſi. 94. col. fin. Rui. con. 74. col. 1. lib. 1. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 73. & ad plura infert Anton. Gabri. in titul. de conſu. concluſ. 1.

15 Declaratur tertiò vt procedat, † ſi is profiteri incœpiſſet, aliàs ſecus, dicta leg. poſt duos. Ibi ex quo officium peragere cœperint. & leg. 1. C. de primipi. lib. 12. facit tex. in dicto §. diuus. in illis verbis, ſalarium reſidui temporis, &c. Vbi Bar. id not. num. 7. verſ. ſecundo caſu. & Dec. in dicta leg. diem functo num. 18. & Cagn. num. 187. vel etiam ſi ſuperioris mandato incipere diſtuliſſet per ſupradicta. Quanto autem tempore oporteat Doctorem eo anno profeſſum fuiſſe, etſi nonnulli quartam anni partem requiri aſſerant, arg. um. tex. in l. ſed & milites. §. quandoque. de excuſ. tut. quia tamen id iure diffinitum non habemus, arbitror etiam ſi vna die legerit, locum eſſe dictæ transmiſſioni. d. l. poſt duos. ibi, Siquis adeptus gradum fatalem diem obierit, Potiſſima namq; ne cuiuſque rei pars principium eſt. l. 1. ff. de orig. iu. l. in ſingulos. vbi not. ff. de annu. lega.

PRIVILEGIVM XXIII.

Doctori ſine hærede decedenti Vniuerſitas doctorum ſuccedit excluſo fiſco.

SIcut militis bona ſine hærede decedentis debentur legioni, vt not.
1 Bar. in l. ſi quis filio. §. eius qui. ff. de iniuſ. teſt. † Ita Doctori Collegium

legium ſuccedit excluſo fiſco. vt dixit Andr. Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit le vif. decl. 14. n.6. idque auctoritate Bal. in l. 1. C. de hær. de cur. & in l. formularij. C. de tract. & ſtati. lib. 12. & ſequitur Mart. Laud. in tract. de Principe verſ. 505. incipit. Collegium ſuccedit collegiato.

IACOBI BENII
IVRECONSVLTI
EVGVBINI
DE PRIVILEGIIS
I. CONSVLTORVM
PARS SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Iuriſconſultis quam ob cauſam conceſſa.*
2 *Priuilegia indoctis non competere.*
3 *Doctoratus ob notabilem inſufficientiam inſignijs ſpoliari poſſe.*
4 *Inſignijs doctoralibus ſpoliatus quo caſu reſtitui poſſit.*
5 *Priuilegia nõ competere illis, qui doctoribus corruptis, vel Principis reſcripto gradum receperint.*
6 *Doctoratos principis reſcripto nullo prænio examine ad dignitates, atque beneficia eccleſiaſtica gradus prærogatiua non frui.*
7 *Scholaſticus notoriè doctus an poſſit abſque examine doctorari.*
8 *Priuilegia iurisperitiam exercentibus competere.*
9 *Priuilegij cauſa ceſſante ceſſat priuilegium.*
10 *Procuratoris, vel tabellionis officium exercentes priuilegijs non frui.*
11 *Tabellionis officium apud Graios honorificentius fuiſſe.*
12 *Procurator, ſiue Notarius Principis nobilis cenſetur.*
13 *Procuratori Romanę Curię priuilegia competere.*

14 *Priui-*

14 *Priuilegia non competere doctoribus exercentibus mercaturam.*
15 *Priuilegia non competere illis, qui libris careant.*
16 *Priuilegia quæ dicantur dignitati conceſſa.*
17 *Scholaſticus doctori imperito de via decedere debet.*
18 *Matriculatos doctorees aliorum priuilegijs frui.*

ANtequam ſecundam hanc partem aggrediamur, quæ iuxta ordinem præpoſitum ea continet priuilegia, quæ Iuriſcõſultis in Beneficialibus cauſis, & Criminalibus competunt, vt facilior res ipſa reddatur, abſurdum nõ
1 erit declarare, quibus ea ſpecialiter conueniant.† Cùm enim ob aſſiduos eorum labores, atque publicam vtilitatem conceſſa fuerint. l. aduocati. C. de aduo. diu. iud. & notant omnes in l. 1. in fi. ſolu. matr. nec omnium æqualis ſit conditio, ita nec eis æqua lance impartita ſunt, vt poſt alios Rip. in l. Centurio. num. 17. ff. de vulg. & pup.

Cùm igitur doctoratus gradum non pauci rapiant, ſecundum Cyn. in proœ. Dig. vbi Hiero. Cagn. num. 84. vel propter ingenij hebetudinem, vel etiam quia ſtudiorum vice ludis, cæteriſque obſcœnis occu-
2 pantur. † Hinc paſſim noſtri ſcripſerunt, ea primùm indoctis non competere. Ita Petr. de Ancha. in cap. 1. de paroch. Feli. in rub. de magi. in fi. Guidopa. q. 88. Petr. Rebuf. in tract. nomin. q. 21. num. 14 Iacob. Meno. de arbi. iud. caſu 379. num. 12. & Rola. conſ. 66. num. 41. lib. 1. eoſque dolores appellat Angel. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtul. & facit quod ſcribit And. Sicul. conſ. 57. col. 6. verſ. præterea. lib. 2. fuiſſe deciſum in curia Romana tempore Eugenij iiij. prærogatiuas graduatis da-
3 tas per regulas cancellariæ doctorellis non competere. † Quare etiam ſancitum eſt ſemel laureatum propter apparentem inſufficientiam doctoratus inſignijs ſpoliari pone. l. grammaticos. la 1. & ibi Bat. C. de prof. & med. lib. 10. facit l. ſed & reprobari. de excuſ. tut. vbi Bar. & Nicol. de Neap. per illum textum valde commendant Epiſcopum Capuanum, quòd è ſtudio reuertentes cum priuilegio faceret iterum examinari, & indignos priuaret. Abb. in c. cùm ſecundum. num. 12. de præb. Feli. in c. ex literis. nu. 6. verſ. & adde Bart. vbi Dec. in princ. de conſtit. nec priuatus poterit amplius intrando examen doctorari. Bal. in l. 2. C. de libe. & eorum lib. Iaſ. in l. Barbarius. nu. 60. de offic. præt. Feli. in d.
4 c. ex literis nu. 19. † qui tamen id intelligunt, ſi ob delictum aliquod fuerit priuatus, ſecus ſi ignorantiæ cauſa, poſſet enim doctior factus ad doctoratus gradum iterum recipi. Dec. in c. vt noſtrum. nu. 4. de appel. & in c. cum venerabilis. col. fi. de excep. & Cagn. in proœ. Dig. nu. 94. quo

loci annotauit ex certa Principis ſcientia quocunque caſu reſtitui poſſe, ex ſententia Barbat. in c. fi. col. 3. de poſtul. præl. & facit optimè textus, in l. ſi quis C. de cohorta. lib. 12. vbi quæſtor etiã propter ſordes à munere excluſus ex certa principis ſcientia auditur, quod in tabellione, itemq; tutore reſpõſum eſt, vt plenè Iaſ. in d. l. barbarius. ff. de offi. pręt.

5 Declaratur ſecundò non competere ijs, † qui Doctoribus corruptis ad doctoratus gradum promoti ſunt. Archid. in c. de quibusdam. 37. diſt. Abb. in d. c. propoſuiſti. de prob. & in c. clerici. vbi Dec. n. 12. de iudi. Rebuf. de nomin. q. 5. n. 10. ſicut emens officium priuilegio officij gaudere nõ debet. l. vniuerſis. C. de lega. lib. 10. & not. Ioan. a Plat. in l. eam. C. de excuſ. mun. ciu. eo. lib. 10.

Declaratur tertio non competere recipientibus huiuſmodi gradum ex reſcripto principis nullo præuio examine. Guido pa. d. q. 88. n. 3. per tex. in l. ſi ita quis. §. fi. de leg. 2. quod etiam confirmatum eſt conſti-
6 tutione fel. rec. Pij V. ſuper promoue. ad doctor. edita. † vt ij quo ad dignitates cæteraque beneficia eccleſiaſtica nulla gradus prærogatiua frui poſſint, vel debeant: dicuntur enim per abrupta aſcenſum petere. c. ſicut. 48. diſt. c. legimus. 92. diſt. Quo fit vt doctoratus gradum indignè accipiens peccet. gl. in clem. 2. de magi. ſicut etiam ad illum aſſumens, vt admonuit ſum. Silueſt. in ver. Doctor. n. 5. in fi. & nos ſupra expoſuimus. Si verò idoneus ſit, atque notus ipſis doctoribus, etſi in publico examine caſu deficeret, ſecus crederem, ſunt enim qui multorum conſpectum non ferentes metu, ac rubore obruuntur, nec mirum, nam & inſcitia quandoque confidentiam parit, prudentia verò cunctationem, & timorem, quod pluribus probat Petr. Crinit. de Hon. di-
7 ſcipl. & facit † quia Scholaris notoriè idoneus abſque alio examine ad gradum doctoratus promoueri poteſt, vt dixit Bal. quem multi ſequuntur in c. conſtitutis. de appel. & poſt alios probat Quint. Mandoſ. ad reg. 24. cancel. De male prom. quęſt. 3. n. 6. & ſeq.

8 Declaratur quarto, vt nec illis competant, † qui vel publicè profitendo, vel cauſas agendo, aut conſulendo iuri ſpetitiam non exercent, ita Bar. in l. vni. C. de coll. & numm. lib. 11. Iaſ. in l. ſcriniarios. C. de teſt.
9 mil. & Fran. Rip. in l. 1. n. 138. ſol. ma. † nam priuilegij cauſa ceſſante ceſſat priuilegium, l. titia §. vſuras. vbi gl. & Bar. de leg. 2. l. generaliter §. eos. C. de epi. & cler. & notat Alex. in l. centurio. n. 22. verſ. quia ceſſante. ff. de vul. & pu.

10 Declaratur quinto, † vt nec illi doctores fruãtur, qui procurationis, vel tabellionatus officiũ exercẽt, eos namque tanquam immemores libertatis lex notat l. ſiquis procurationem. vbi gl. C. de decur. lib. 10. adeo vt nec infamis ab officio procuratoris arceat. §. fi. vbi Fab. & Aret. not.

not. de excep.gl.quam alij ſequuntur.in l.1.§.hoc edicto.ff. de poſtul. Guido pa.q.388.n.10.Caſtr.con.32.col.2.li.2.Aym.con.163. in prin.

11 † Etſi ſcribarũ officiũ apud Graios honorificentius fuiſſe, quàm apud Romanos ſcribat Æmil.Prob.& Alcia.in l.mercis la 2.n.30.de ver.ſig. cùm ij neminem niſi honeſtis natalibus, fideque, ac induſtria cognitũ admitterent, quód neceſſe eſſet, eos omnium conſiliorum fore partici-

12 pes. Quæ tamen declaratio nõ procederet † in procuratore, vel notario principis, namq; ex perſona conferentis officiũ nobile reputatur ad tex. in l.nemo præfectus.C.de dignit.lib.12.l.1.C.de mand.prin. Bal. in l. caſſius.ff.de ſenat. Iaſ.in rub. C.de procur.& Andr.Tiraq.de nobilit.c.

13 30.n.8.† Sicut etiã non procederet in procuratoribus cauſarũ Romanæ curiæ intra quẽ ordinẽ nõ niſi graues viros toga, & laurea cãdidatos admitti teſtat Octau. Veſtr.in praxi.lib.2.in tit. de procur.cau.ſac.pala.

14 Declaratur ſexto, † non competere ijs, qui mercaturam exercent, id namque dignitas nõ compatitur. l.ne quis ex corpore. C.de aduo. diu. iud.l.2.C.de cõmer.& merc. ſicut etiã milites negotiatores priuilegijs ſpoliantur, l. vni.C.nego.ne mil.lib.12. & quamuis hoc verè procedat ſi per ſeipſos tali exercitio vacent, Albe. in l.humilẽ. C. de inceſ. nupt. Cagn.in l.is damuũ.n.3.de reg.iu.& Alc.de præſup.reg.1. præſup.48. n.10.& in l.mercis.la 2.de ver.ſig.idem tamen ſentiant ſi interdũ ij rationes excutiant, emantque merces, vt ab alijs venundari faciant quod adnot.Benuen.Srac.de mercat.in 1. par.n. 66.verſ. ſcio & illud.

15 Declaratur ſeptimo, ſecundùm aliquos, † vt nec ijs cõpetant, qui libros neceſſarios non habent. ita Domi. in c. quæ ipſis. per illum text. 38.diſt. Alex.ad Bar. in l.grãmaticos. la 2.in fi. C.de prof.& med. lib. 10.namque Doctor multis eget libris, & ſi fieri poſſet omnium, qui ſcripſerunt, vt ex multis poſſit eligere veriora, vt ſcripſit Oldr. conſ.84.

16 Declaratur octauo, † vt priuilegia, quę ordinẽ, atq; dignitatẽ ſolùm reſpiciunt, imperitis quoq; competant. Bart.in l.maximarũ.in fi.C.de excuſ.mun.l.10.Bal.in l.qui ſub prętextu. C.de ſac.ſan.eccl. Aret.in c. clerici.vbi Dec.n.12.in fi.de iud.Feli.in rub.de maio.& obe.ſub nu.4. Rip. in l.Centurio.n.17.de vul.& pup.Non ſubijcientur ergo quęſtioni, in condemnatione eorũ ratio habenda erit, ne egeant, atque cęteris eiuſdem generis fruentur, quoniam inde dedecus in alios eius dignitatis viros ſuboriretur. Qua ratione And. Alcia. de verb.ſign.lib.1.pag.

17 mihi 34 adnotauit † ſcholaſticum cis de via decedere debere.l.3.C.de tiron.lib.12.cum id aliorum qropter populi opinionem interſit. Idem

18 arbitror in illis locis, in quibus † ij in numerum aliorum in matricula relati ſunt, quaſi à matricula approbati, vt ad interpretationem nonnullorum ſtatutorum ſcripſit Menoc.de arb.iud.caſu 379.ſub num.12.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Doctor, ſiue Magiſter, vel Licentiatus eligendus eſt.*
2 *Epiſcopos in Apoſtolorum locum ſuffectos eſſe.*
3 *Epiſcopi diuina fungi legatione dicuntur.*
4 *Scientia qualis requiratur in Epiſcopo.*

PRIVILEGIVM XXIIII.

In Epiſcopum hodie neminem niſi graduatum eligi poſſe.

IVſta ratione conſtitutum eſt Sacro Concilio Tridentino in c. 1. ſeſſ.
1 7. & c. 2. ſeſſ. 22. † Vt qui in epiſcopum aſſumẽdus eſt, antea in Vniuerſitate Studiorũ Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico meritò ſit promotus, aut publico alicuius Aca
2 demiæ teſtimonio idoneus ad alios edocendos oſtendatur. † Namque
3 Epiſcopi in Apoſtolorum locum ſuffecti ſunt. c. in nouo. 21. diſt. † & dicuntur ſanctiſſimi Chriſti legati, clem. 1. §. pen. de pęn. Quamobrẽ eos decet eſſe doctrina præſtantes. c. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renunc. c. cum in cunctis. vbi not. de elect. etiam ad verbum Dei prædicandum c. inter cætera. de offi. ord. Ioan. Lup. in c. per veſtras col. 4. de donat. int. ui. & vx. Petr. Rebuf. in tract. nominat. q. 1. n. 29. & in concord. Franciæ in tit. de regi. ad præl. nomi. ſac. Vbi graduatum ad epiſcopatum nominandum cõcordatum fuiſſe refert inter Leonem x.
4 & Franciſcum Primum Francorum Regem. † Quòd ſi eminens ſcientia in paſtore deſideranda ſit, competens tamen eſt toleranda d. c. niſi cum pridem. & not. Abb. in c. 1. n. 9. in fi. de conſ. & affi. Quoniam ſecundum Apoſtolum ſcientia inflat, charitas autem ædificat, vnde paſtores inquit facti ſumus nõ percuſſores, & alibi, Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. c. quid autem. 45. diſt. ideo illeteratus Epiſcopus olim priuatus fuit, c. fi. de æta. & qual. iuxta illud Oſeę. c. 4. Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi relatum in c. omnes pſallentes in fi. 38. diſt. & in di. c. niſi cum pridem. de renuntiatione.

SVMMARIVM.

1 *Theologus ratione ſubiecti præfertur cęteris literarum profeſſoribus.*
2 *Canoniſta præfertur Theologo ad Epiſcopatũ, & ad alias Prælaturas. & n. 5.*

Cano-

3 *Canoniſtis potius, quàm Theologis ſtandum eſſe in materia matrimonij, decimarum, vſurarum, & ſimilium.*

4 *Theologorum ſcientia in quibus verſetur.*

PRIVILEGIVM XXV.

Ad Epiſcopatum Canoniſta Theologo præferendus eſt.

1 QVamuis † Theologus ratione ſubiecti nobilioris cæteris literarũ profeſſoribus præferatur. vt not. in c. clerici. de iud. & in l. cũ quid. ſi cer. pet. Bal. con. 52. literis. col. 1. in 5. vol. Quippe qui de Deo, ac diuinitate pertractat, quod & M. Tull. faſſus eſt 3. de Nat. Deor. Princi-
2 pio Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur. † Doctor tamẽ iuris Pontificij, ſi ad Epiſcopatum cum Theologo concurrat, præferendus eſt, vt ſing. dixit Hoſti. in c. 1. quem ſequuntur ibi Card. Ancha. Abb. & alij. de conſ. & affi. Feli. in c. cum adeo. ſub n. 6. de reſcrip. Roma. con. 353. Rebuf. in tract. Nominat. §. 1. in ver. licentiati. præſertim ſi graduatus ſit in vtroque iure, Staphi. de prærog. expect. §. videndum eſt nunc. n. 5. & ſeq. Scientia namque Iuris Põtificij eſt valde vtilis eccleſiæ, & neceſſaria præſertim ad graduũ, atque ordinum eccleſiaſticorum conſeruationem, & litium terminationem. Cùm enim ad lites, quas cupiditas effrẹnata quotidie generat, lex quodammodo non ſufficeret euangelica, tam ab Apoſtolis, quàm eorum Vicarijs, & ſacris Concilij ſtatuta plurima, quæ canones appellãtur, edita ſunt, eaque interpretandi facultas Doctoribus data eſt a ſummis Pontificibus. vt in
3 proœ: Decret. & 6. † Vnde in materia Vſurarum, Decimarum, Matrimonij, & ſimilium, quæ in foro eccleſiaſtico frequentior eſt; magis Canoniſtis ſtatur, Quorum interpretatio tendit ad cognitionem iuris diuini in pertinentibus ad moralem philoſophiam, vt poſt relatos in d. c. 1. dixit Petr. de Ancha. in diſput. Incip. Antiquis, & modernis temporibus. Ioan. de Anan. in c. in ciuitate. de vſur. Alex. con. 1. & 6. & con. 109.
4 lib. 2. Pariſ. con. 67. n. 31. & ſeq. lib. 4. † Scientia verò Theologorum ad interpretationem iuris diuini, quoad opera Domini N. Ieſu Chriſti, & agnitionem veræ fidei. Quare ſi eccleſia ſit in loco vbi pullularent hæreſes, vel hæreticis vicina, Theologus præferendus eſſet. vt poſt Hoſti. in d. c. 1. in fi. dixit Card. n. 5. Anchar. n. 7. Abb. n. 9. & in c. tuæ
5 fraternitatis. n. 5. de Iudi. quo loci † idem in quacunque prælatura concludit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Canoniſta præfertur Theologo in beneficijs obtinendis.*
2 *Canoniſta cæteris paribus præfertur Theologo in inſtitutione.*

PRIVILEGIVM XXVI.

In beneficijs, & officijs obtinendis Canoniſta Theologo præferri debet.

1 QVæ † ſuperiori priuilegio diximus, eò quoque cōferūt, vt ad quęcunque etiam beneficia Canoniſta Theologo ſit præferendus, vt tradunt in ſpecie Ioa. à Sylua de benef. par. 3. q. 7. Roma. d. conſ. 333. Abb. in c. tuæ fraternitatis. nu. 5. de iudi, Quint. Mand. ad reg. 16. can.
2 apoſt. q. 16. ſub nu. 8. Put. deciſ. 200. nu. 3. lib. 3. † Vnde infertur quód ſi Theologus, & Canoniſta ad beneficium præſententur, Canoniſta cæteris paribus ſit pręferendus in inſtitutione, ita Cæſ. Lamb. de iu. pat. lib. 2. par. 3. q. 5. art. 12. id tamen intelligas iuxta ea, quæ ſuperiori priuilegio diximus. Quod eo magis in officijs obſeruaudum eſt, nō enim Philoſophis, non Theologis ciuitatum, ac prouinciarum adminiſtatio committitur, ſed I. Conſultis omnis Reipub. cura, omne imperium demandatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Doctor Epiſcopo non doctori pręferri debet.*
2 *Canonicus doctor priùs receptum præcedit.*

PRIVILEGIVM XIX.

Epiſcopus, ſeu Canonicus Doctor antea promotis præferendus eſt.

ETſi qui priùs Epiſcopus, vel canonicus creatus fuerit, primus inter epiſcopos, & canonicos ſedere debet. c. epiſcopos. 17. diſt. cap. 1. de
1 maio. & obe. & ſcribit Boer. de auct. ma. conſ. num. 60. & 80. † Epiſcopus tamen doctor epiſcopo non doctori anteferendus eſt. ita Gemin. in c. placuit. 16. diſt. per glo. ibi dicentem, quòd non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas authoritatis, quem ſequuntur Barb. conſ. 57. in fi.

in fi. lib. 2. Petr. de Mont. in ſua Monarch. q. 5. verſ. poſt Archiepiſcopũ Bolog. in Auth. habita. nu. 96. qui inter alia priuilegia recenſet. C. ne fil. pro pa. Feli. in rub. de maio. & obe. nu. 2. Dec. in l. cum quid. n. 28. ſi cer. pet. Cęſ. Lamber. de iu. patr. lib. 2. pat. 3. prin. q. 5. art. 13. n. 5. ac ita in Gallia obſeruari inquit Boer. præcit. loco. n. 63. & Iacob. Meno. conſ. 126. ſub n. 20. lib. 2. Scientia namque ſolùm ante Concil. Triden.
2 non etiam gradus in Epiſcopo requirebatur. † Sicut etiam Canonicus Doctor, vel Nobilis prius receptum præcedere debet, vt dictis locis annotarunt Feli. Meno. & Boer. num. 80.

Nec refragatur, quòd Epiſcopus canonicus alioquin dignior c. ſolitæ. de mai. & obed. antiquiorem canonicum non præcedit, quia in canonico epiſcopo ſunt duæ qualitates, quæ in huiuſmodi actibus ſimul ſtare non poſſunt, cùm vti Epiſcopus nullum ius habeat, cùm igitur vt Canonicus maneat, ita ſe oſtendere debet. c. cum olim. vbi Feli. de re iudi. Secus in Doctore canonico, qui ſemper poteſt manere canonicus, & Doctor, Doctoriſque auctoritate, ac literatura ſuam eccleſiam tueri, Ita Lambert. dicto loco. Verùm in eccleſiaſticis actibus id nunquam obſeruari vidi, quamuis in electionibus, & honoribus deferendis Canonicus Doctor alijs præferendus eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticas dignitates doctoribus conferendas eſſe.*
2 *Archidiaconi graduati eligendi ſunt.*
3 *Dignitas prima poſt pontificalem doctori conferenda eſt.*
4 *Canonicatuum pars dimidia doctoribus conferri debet.*
5 *Canonicos eſſe fratres, & conſiliarios epiſcopi.*
6 *Scholaſterias doctoribus conferendas.*
7 *Pœnitentiarius graduatus eſt eligendus.*
8 *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli ſede vacante doctor eligi debet.*
9 *Examinatores graduatos eligendos eſſe.*

PRIVILEGIVM XXVIII.

Dignitates eccleſiaſticæ Doctoribus conferendæ ſunt.

1 DIgnitates† etiam, quę in eccleſijs præſertim cathedralibus ad conſeruandam, augendamq; eccleſiaſticã diſciplinam inſtitutæ ſunt.

Magi-

Magiſtris in Theologia, ſeu Doctoribus in iure Canonico, aut Licētiatis, vbi id fieri poteſt, ſunt conferendæ. vt hr̄ in Cóc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12.

2 † Ideo Archidiaconi, qui oculi dicuntur epiſcopi, tales eligi debent. facit c. diaconi. il 2. 93. diſt. & notat Gemin. in c. illiteratos. 36. diſt. Nam & ipſis a iure poſt Epiſcopum data eſt iuriſdictio in clericos ſuæ

3 eccleſiæ. c. ad hæc. de offi. archid. † Qua ratione idem cenſeo in alia dignitate, quæ prima ſit poſt Pontificalem, & Archidiaconi officio perfungatur: & ideo Archipresbyter, qui in eccleſia Patauina archidiaconi munere fungitur, vt reſp. Alex. con. 142. lib. 6. non niſi graduatus creandus eſſet, & animaduertit Iac. Mono. de arb. iud. caſu 425. n. 43.

Quinimò Tridentina Synodus ibidem vehementer hortatur, vt in ijs prouincijs, in quibus id commodè fieri poteſt † Dignitates omnes,

4 & ſaltem dimidia pars Canonicatuum in cathedralibus eccleſijs, & collegiatis inſignibus huiuſmodi graduatis conferantur, quod eſſet ad vn-

5 guem obſeruandum, cùm † ij Epiſcopi fratres, & conſiliarij exiſtant. c. nouit. de his quæ fi. à præl. ſi. conſ. cap. Hoſti. in c. 2. de inſti. qui ob id eos iuris pontificij eruditos eſſe debere docuit.

6 † Præterea officia, vel dignitates illæ, quæ Scholaſteriæ dicūtur, eiuſmodi graduatis, & aliàs perſonis idoneis, quæ per ſe ipſos id munus explere poſſint; conferendæ ſunt, & aliter facta prouiſio nulla eſt. cap. 18. ſeſſione 23.

7 † Pœnitentiarius quoque cum vnione præbendæ talis, ſi fieri poterit, ab epiſcopo in cathedrali inſtituendus eſt. cap. 8. ſeſſ. 24.

8 † Vicarius etiam epiſcopi, vel ſi à capitulo ſede epiſcopali vacante eligatur, in iure Canonico Doctor, vel ſaltem Licentiatus eſſe debet. c. 16. ſeſſione 14.

9 Et examinatores, qui cum Epiſcopo, ſiue eius Vicario promouendorum examini præeſſe debent; eiuſdem gradus, vel alij, qui ad id magis videbuntur idonei, eligendi ſunt. c. 14. ſeſſ. 24. Quæ omnia annotanda ſunt pro concurrentibus ad prædictas dignitates, Namque per eos, qui canonum ſtatuta non ignorant, aptiùs exerceri poterunt. c. 1. de conſ. & affi.

SVMMARIVM.

1 *Graduati ad beneficia præferuntur.*

2 *Graduatum, ſiue doctum cæteribus paribus præferendum eſſe aliàs habili in inſtitutione ad beneficia.*

3 *Doctor plebeius præfertur in inſtitutione Nobili tantùm.*

4 *Digniorem ad beneficia eccleſiaſtica eligendum eſſe.*

5 Electio

5 *Electio,ſiue collatio facta digno omiſſo digniori valet.*
6 *Eligentis conſcientia vulneratur,ſi digniorem omittat, & impedientes ad reſtitutionem teneri.*
7 *Parochiales eccleſiæ magis idoneis conferendæ.*
8 *Bulla ſi dirigatur Doctori cur literarum ſcientia præponatur.*
9 *Graduatis Franciæ beneficia fauore ſtudij conceſſa.*
10 *Graduati lege Regia præferuntur impetrantibus non obſtante clauſula, Dum modo tempore datæ,&c.*
11 *Nominationes iuxta concordata quibus concedantur.*
12 *Parochiales eccleſiæ, vel perpetuæ vicariæ quocunque tempore vacent in ciuitatibus Franciæ graduatis, & qualificatis deberi.*
13 *Beneficium impetrans tenetur exprimere gradum poſſeſſoris.*

PRIVILEGIVM XXIX.

Doctor ad beneficia eccleſiaſtica alijs præfertur.

Sicut Nobiles ad beneficia præferri ſolēt, vt dixit gl. in l. ſocietas. vbi
Bal. Sali. & Fulgoſ. ff. pro ſocio. & annotauit Tiraq. de Nobil. c. 20.
1 n. 10. † Ita Doctores, & alij literati cęteris præferuntur, c. cum in cun-
ctis. ibi literarum ſcientia. de elect. c. niſi cum pridem, verſ. pro defe-
ctu quoque ſciētiæ de renunc. c. de multa. vbi Abb. in vl. not. de præb.
Io, And. in c. 1. de præb. lib. 6. Glo. quam alij ſequuntur, in d. l. ſocietas.
Pariſ. con. 38. n. is. & ſeq. & con. 140. in prin. lib. 4. Vnde in gratijs nō ta
men motu proprio conceſsis in pari data graduati nō graduatos, ac in-
ter graduatos, magis graduati, & inter æqualiter graduatos. prius gra-
duati præferuntur ex diſpoſitione reg. canc. 15. de concur. in data. &
dixit Gemin. conſ. 11. num. 4.
2 Quare etiam receptū eſt, † ſi patroni diuiſerunt vota ſua æqualiter
duos præſentando, quorū vnus licet ſit habilis ad illud beneficium, ta-
men non eſt doctus, alter verò graduatus, vel aliàs doctus eſt, Doctum
in inſtitutione præferri, nec eo caſu optionem eſſe Epiſcopi, vt conclu-
dit Cæſ. Lamb. de iu. pat. par. 3. lib. 2. q. 5. art. 11. n. 1. & 7. Qui præte-
3 rea n. 2. annotauit, † quòd ſi inter pręſentatos concurrat Nobilis tantū,
& plebeius doctor, quod doctor eſt pręferendus, cum magis ſcientia Ec
cleſię conſulatur. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Si verò Eccleſia indigeret
viro nobili, potente, vel diuite ſecus eſſet, vt not. Præpoſ. in c. conſtitu-
tis. col. 2. verſ. nota ex textu ibi imporentē. & Feli. in c. cū adeo. col. vlt.
de reſcript. qua neceſſitate ceſſante literatus omnibus præferendus eſt,
vt dictis locis dixerunt Præpoſ. & Feli. Nec mirum, Iura namque vn-

4 dique clamant † magis idoneum ad eccleſiaſtica beneficia eſſe eligendum.c.licet ergo.8.q.1.ibi,vt ſciant omnes,& certi ſint,quòd qui pręſtantior eſt ex omni populo,qui doctior,qui ſanctior,qui omni virtute eminentior,ille eligatur ad ſacerdotiũ,c.illud. ead.quæſt.& cau.c.quoniam.de iure pat.c. metropolitano. 63. diſt. c. viliſſimus. 1.q.1.c.2.de
5 off.cuſt. † Quamuis electio deinde facta de digno omiſſo digniori teneat.c.cum nobis olim.de elec.c.fi.de præſup.c.monaſterium.16.q.7. gl.in d.c.fi.de off.cuſt.& in d.c.conſtitutis.vbi Abb.n.6.& Dec.n.5. de app. Lamb.de iu.pa.in 1.par.2.lib.q.10.art.3.Roch.eo.tit.in ver.honorificum.q.15.Domi. Soto de iuſt.& iu.lib.3.q.6. art.2.in 8. concl. Couar.qui Theologos quoque in hanc ſententiã adducit, in reg. peccatũ. in 2.par.§.7. verſ. his demum. qui poſt Card. & Præp. quos allegat in
6 quit procedere etiam ſtante iuramento,de eligendo magis idoneo.† etſi eligentis conſcientia digniori omiſſo vulneratur, vt poſt Butr.& Abb. in d.c.cõſtitutis.dixit Dec.n.5.Dom.Soto d.art.2.in 9.cõcluſ.ſicut etiã impediens ne dignus, aut dignior eligatur,quandoque ad reſtitutionẽ tenetur,vt per Couar.præcit. loco. in 3. & 4.concluſ. quod facit contra iſtos magnates, qui ſuos gratificari curant. Et ideo ſæpe audiui laudari quendam Epiſcopum,qui huiuſmodi literas commendatitias non aperiebat,niſi poſt factam electionem eius arbitrio.

Nec propterea dicatur ius canonicum permittere peccatum contra tex.in c.de viduis. 27.q.1. & in c.literas. de reſt. ſpol. Id enim intelligi poteſt de electione facta de idoneo, qui ſecundùm conſcientiam eligẽtis magis idoneus reputabatur. Et ius commune approbat talẽ electionem de digno factam ob ſalutem Reipubl. ne litibus omnia inuoluantur, prout fieret ſi electio, ſiue collatio omiſſo digniori non valeret,idque propter difficultatem perpẽſionis meritorum cuiuslibet, quæ quotidie eſſent in foro ventilãda,ac ita fuit reſolutum per Dominos de Ro-
7 ta in vna Toletana Canonicatus, hoc anno 1584. † Cæterum electio ad parochialem eccleſiam fieri debet de magis idoneo,atque illi,& non alteri collatio ab ordinario facienda eſt, vt cauetur in Conc. Trid. c. 6. ſeſſ.21.& clarius c.18.ſeſſ.24.& ideo ſi quis vti dignior ab eodem ordinario grauari prætendat, poterit, electione tamen per ordinarium facta interim debitæ executioni demandata; cauſam coram competente Iudice proſequi,idque vigore Bullæ bo.me.Pij V. ſup. Collat. paroch.eccleſi.

Igitur ſcientiæ qualitas in adeptione beneficiorum maxima eſt, &
8 † ideo quando Bulla dirigitur Doctori, ſcribitur hæc clauſula, Literarum ſcientia, vitæ, & morum honeſtas, & incipit a literarum ſcientia, vt cognoſcatur, quòd Papa præter cætera mouetur ratione ſcientiæ ad

ad concedendum, ita Petr. Rebuf. in praxi benef. in declarat. nouæ
9 prouiſ.in ver.vitæ,& morum.n.17.† Quare etiam priuilegia conceſſa
iuxta Concordata Francię graduatis nominatis ad beneficia in mēſibus
graduatorum,non ratione paupertatis,ſed fauore literarum, ac intuitu
ſcientiæ data ſunt, cùm et diuitibus competant, vt declarat idem Re-
10 buf.in reg.de infir.reſig. in gl. 2.n.31.† Quinimò ex lege Regia in be-
neficijs debitis graduatis, & qualificatis ipſi præferuntur impetrãtibus,
non obſtante clauſula, Dummodo tempore datæ præſentium,&c.vt re-
cenſet idem Rebuf. in for.no. prouiſ. in ver.dummodo tempore.n.4.
11 & in concord. in tit. de manda. apoſt.in §. declarantes.† Datur enim
eiuſmodi nominationes graduatis, qui per tempus competens in Vni-
uerſitate famoſa ſtuduerint,& doctoratus gradum,licentiæ, vel bacca-
laureatus conſecuti ſint.§.prçterea.de collat.in concord.vbi plene Re-
buf.& de nominat.q. 5.in prin.quo loci declarauit,quale dicatur tem-
12 pus competens,in qualibet ſcientia. † Parochiales verò eccleſiæ quo-
cunque tempore vacent,in villis muratis, ſeu ciuitatibus Franciæ exi-
ſtentes debentur viris qualificatis,ſeu graduatis,aut ſaltem qui per tres
annos in Theologia, vel altero iurium ſtuduerint, etiam extra regnũ.
§. ſtatuimus eo.tit. de collat.. Rebuf. de nomin. q. 16. num. 8. Decet
enim his in locis peritiores inueniri,qui alios inſtruere valeant. Idque
etiam procedit in Vicarijs perpetuis, nam & ij rectoribus æquiparan-
tur, cum actù curam exerceant, clem. vni. de offic. vicar. Rebuf.
præcit. loco. num.16. & facit quod notat Rota deciſ. 2. fuit dubita-
tum. de exceſ. præl. in no.Collationes autem beneficiorum vacantium
in dictis menſibus alijs factę an valeant, quiſve inter ipſos nominatos
ſit prçferendus, atque alia ad materiam ſpectantia plenè pertractat re-
latus Rebuf. dictis locis, Ideo non inſi ſtam ne videar ex ſcriptis ſcrip
ta conficere velle, aut facibus (quod aiunt) ſolem adiuuare, noctuaſ-
que Athenas deferre.

13 Illud ſolùm hic animaduertendum eſt. † Quod hęc ſcientię quali-
tas,& prçrogatiua non in obtinendis tantùm beneficijs, ſed & in illis
retinendis attendi ſolet, Nam impetrans beneficium tenetur exprime-
re gradum poſſeſſoris,vt habetur in reg.de annali poſſ. vbi Ludo. Go-
meſ. q. 32. num. 3. ex quo fortè ob inſignem eius ſcientiam Papa non
concedet gratiam impetranti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, uel conſuetudo, quòd non admittantur in canonicos niſi Nobiles Doctores non excludit.*

2 *Apoſtolorum nobiles Paulus,& Bartholomeus.*
3 *Eccleſiam non minus ſcientia, quàm potentia defendi.*

PRIVILEGIVM XXX.

Doctor obſcuris ortus natalibus non excluditur a ſtatuto, vel conſuetudine, quòd non admittantur in canonicos niſi Nobiles.

1 SImile ferè eſt ho cpriuilegium præcedenti, † Quòd etſi ſtatuto, vel cōſuetudine caueatur Nobilē ſolùm in Canonicorū numerū in eccleſijs cathedralibus admitti, Illud tamen nō ita in genere, quàm virtute, atque ſcientia nobili viro verificatur. tex. eſt aureus in c. venerabilis. vbi Abb. & omnes not. de præb. Glo. in l. ſocietas. vbi Bal. ff. pro ſoc. Barba. con. 57. num. 16. lib. 2. Anchar. con. 131. ad excluſionem. circa med. Caſſen. in cath. gl. mun. par. 10. conſid. 25. Guido pa. q. 88. ſub n. 1. ac ita per Dominos de Rota reſolutum refert Mohed. dec. 34. vnde ſi ex ſtatuto eccleſiarum præbendę ſiue alia beneficia debeantur nobilibus Doctor admittitur, quod notandum dixit Petr. Rebuf. de Nominat. q. 15. n. 40. Qui enim diuino cultui præſunt non locorum, vel generis, ſed ſcientiæ, ac virtutum ſplendore innoteſcere debent. c. nos
2 qui præſumus. 40. diſt. & Saluator noſter nos manifeſtè docuit, † dum in Apoſtolorum numerum Paulum dumtaxat, & Bartholomeum nobiles cooptauit. vt not. Glo. in d. c. venerabilis. & aliàs in c. quoniam. in ver. inuidia. 24. q. 1. inquit. Petro piſcatori ſucceſſorem quærimus, nō Auguſto: Infirma enim mundi elegit Deus, vt confundat fortia. teſte D. Paul. 1. ad Corint.

Quòd ſi iure prę́ſumatur nobiles virtutis ſtudioſos fore, ac maiorum imitari veſtigia. l. quod ſi nolit. §. mancipia. ff. de edil. edic. gl. in c. illud. 40. diſt. Andr. Alcia. reg. 1. præſ. 48. Gerar. ſing. 30. Socci. Iun. con. 39. n. 26. lib. 2. quia tamen hoc in caſu eligendi virtus, & ſcientia manifeſtè apparet, præſumptioni nobilium poſtponenda non eſt, ad l. con-
3 tinuus. §. cum ita. de ver. obl. † cùm non minus ſcientia, quàm potentia eccleſia defendatur. Abb. in c. conſtitutis. vbi Dec. n. 8 de appel. Nec parum commendandus eſt is, qui ſua ſponte nullis maiorum imaginibus virtutis viam arripuit. Quod licet in ſimplici literato ſatis controuerſum ſit, Doctor tamen qui nobilis eſt. l. prouidendum. C. de poſtul. & in dignitate conſtitutus c. quanto. de magi. a ſtatuto non excludetur, vt per Rebuf. d. q. 15. n 40. Alioquin ſtatutum illud non valere dixerunt Glo. Hoſt. Abb. & alij in d. c. venerabilis. de præben. Feli. in c. ſu-

per

per eo.il 2.n.11. de teſti. Dec. in c. cum adeo. col. 2.de reſcrip. Tiraq. de Nobil. c.20. n. 18. & Cæſ. Lambert. de iur. patro.lib.2.par. 3. q. 5. art. 11. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Examinari Doctor non debet in collatione beneficij, vel ordinis.*
2 *Papa ſcribens pro graduato nunquam mandat examinari.*
3 *Nominatos ab Vniuerſitatibus examinandos non eſſe.*
4 *Doctoratus in famoſa Vniuerſitate maiorem habet ſcientiæ præſumptionem.*
5 *Præſentatus abſens ſi graduatus ſit, & notus habenti inſtituere infra quadrimeſtre examinari non debet.*
6 *Priuilegium ceſſare aduerſus priuilegiatum.*
7 *Formam in concurſu ad parochiales eccleſias traditam obſeruandam eſſe.*
8 *Auditores Rotæ Ro. geminato examini ſubijci.*

PRIVILEGIVM XXXI.

Doctor in collatione beneficij, vel ordinis examinari non debet.

ETſi quilibet ordinādus examini ſubijciendus eſt. c. nullus. 24. diſt.
1 † Doctor tamen in collatione beneficij, vel ordinum examinandus non eſt, ex quo notus promoueri poteſt abſque examine. c. de petro. 47. diſt. Bal. in c. conſtitutis col. 2. vbi Abb. in 4. not. & Dec. n. 3. de app. &
2 in ſpecie tradit Petr. Leſnaud. de Doctoribus par. 4. q. 28. † Vnde ſi Papa pro graduato ſcribat, nunquam mandat inquiri de idoneitate, nec illum examinari, ſecus in alijs. Feli. in c. in alijs. de præſump. Staphi. de lit. grat. in 10. for. expect. n. 5. & tradit Rebuf. in praxi. de reſcrip. in for. paup. pro Gradua. cùm aliàs ſemper apponeretur clauſula ſi per ſolertem inquiſitionem, &c. quę conditionē infert. Lud. Gomeſ. in tract.
3 expect. in fi. Bellam. deciſ. 668. clauſula. † Qua ratione neque nominati ab Vniuerſitatibus examinari debent teſte eodem ſuper concord. in §. preterea. in ver. altiori. & in ver. per quinquennium. de collat. & confirmauit Triden. Sinodus ſeſſ. 7. c. 13. Namque Graduatis, & Vni-
4 uerſitati, quę ipſos notos habet, iniuria fieret, † pręſertim ſi in famoſa vniuerſitate graduatus ſit, ex quo maiorem ſcientiæ pręſumptionē habere videtur, vt poſt Ioa. de Ana. in rub. de Torneam. dixit Hier. Cagn. in procę. Dig. num. 88.
5 Hinc etiam notabiliter infertur, † quòd quamuis abſens pręſentatus ad beneficium debeat infra tempus perſonaliter præſentari ordinario habenti

habenti inſtituere.iux.gl. in clem. dudum. in ver. præſentari. de ſepul. aliàs præſentatio euaneſcit, ſi tamen talis præſentatus abſens graduatus ſit, atque idoneus, & ipſi ordinario notus eius examen infra quadrimeſtre non requiritur, per not. a Bal.in d. c. conſtitutis. ita dixit Abb. in c. ea noſcitur. de his quæ fi. a prædl. ſi. con. cap. & conſ. 76. inuocato. in 3.dubio.lib.2. & pluribus probat Cæſ. Lamb. de iu. patr. lib. 2. par. 1. q.11.prin.art. 3. Si verò Doctor ad parochialem Eccleſiam concurrat, tenebitur ſubire examen iux. formam traditam in c.18.ſeſſ.24.
6 Nec propterea vlla fit ei iniuria, nam ſi cum graduato concurrat,† priuilegio non vtitur aduerſus pariter priuilegiatum. l. verum. §. item quæritur ſi minor. ff. de minor. Auth. quas actiones. vbi not. C. de ſacro ſan. eccl. Abb. in c. auditis.num.8.de reſtit.in inti.Alex. con. 55. num.18. lib. 5. Aym. conſ.202. num.34. Sed ſi cum alio non gradua-
7 to, poterit ſcientia beneficium aſſequi, quod gradu non poteſt. † Forma igitur in concurſu tradita obſeruanda eſt iux. gl. in clem. 1. de vit. & hon. cler. Alex. in l. 1. col.vl. ff. de lib.& poſth. Dec. con. 466. n. 19. Tiraq. de retr. ligna.gl.21. n. 11.
8 Quocirca † Auditores quoque Rotæ Ro. quàmuis ex optimis optimi eligantur, & ſint tanquam ſtellæ in firmamento cæli, vt dixit Vanti. de Nullit.in tit. de nullit. ex def. iuriſd.del.num. 17.geminato tamen examini ſubijciuntur, vt per Dec. in d.c. conſtitutis. n. 3. Quod propter eximiam eius doctrinam ægrè tuliſſe ferunt D. Felinū, etſi eo quoque caſu interpretes ſentiunt, mitiùs cum illis, & pro forma (vt aiunt) agendum eſſe. Abb. in d.c. conſtitutis. n. 4. Quin etiam contra huiuſmodi formam cum ſupremis I. Conſultis quandoque Romæ diſpenſatum fuiſſe refert ibidem Dec.n.3. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum pluralitas doctoribus indulgetur.*
2 *Scientia ſine gradu ad diſpenſandum non inducit.*
3 *Papæ exprimi debet gradus in vtroque iure.*
4 *Doctoratus qualitas expreſſa in gratia verificari debet.*
5 *Diſpenſatus ad plura tutus eſt in vtroque foro, nec tenetur vbique reſidere.*
6 *Papæ poteſtas concilio eminentior eſt.*
7 *Illegitimus doctor diſpenſatur ad dignitates maiores in cathedralibus.*
8 *Patroni ex diſpenſatione epiſcopi præſentare poſſunt ad beneficium ſacerdotale non ſacerdotem, ſi is doctus ſit.*
9 *Scientiæ qualitas attenditur ad interpretationem gratiæ.*

PRI-

PRIVILEGIVM XXXII.

Doctor in beneficialibus facile diſpenſatur.

SCientię quoque prærogatiua, & nobilitatis ad diſpenſandũ inducit,
1 † vt de diſpenſatione ad plura conſtitutum fuit in Concil. Later. in c. de multa. de pręben. Innoc. in c. dudum. il 2. vbi Bal. num. 25. de elect. Barba. con. 57. n. 17. lib. 2. Pariſ. con. 88. n. 131. lib. 4. Tiraq. de Nobil. c. 20. num. 13. Rebuf. in praxi. in tit. de diſpenſ. ad plura. n. 43. Lud. Gomeſ. in reg. de anni poſſ. q. 36. n. 3. Staphi. de lit. grat. forma 3. expect. n. 3. & Campeg. de plural. benef. in fi. Namque docti in Ecclesia Dei velut ſplendor fulgent firmamenti. c. ſuper ſpecula. de magi. illaque viris indiget literatis. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. non aſinis ferratis, vt ibi per Ioan. Monac. & ideo melius eſt Domini ſacerdotium paucos habere miniſtros, qui dignè valeant opus Dei exercere, quàm multos inutiles, vt ex ſententia Clementis admonuit Gratian. in c. tales. 23. diſt.

2 † Nec ſcientia ſine gradu doctoratus ad diſpenſandum inducit, vt per Rebuf. d. n. 43. & ſeq. qui n. 47. ſubdit etiam, quòd ſi Papa concedat Legato facultatem diſpenſandi, intelligitur vt cum literato diſpenſare poſſit ad prædictũ effectum, vt per Specul. in tit. de diſpenſ. §. quid
3 dicendum. verſ. quid ſi Papa. † Et ideo Doctor faciliorem reddit Papã ad concedendum, ac diſpenſandum ſi exprimat ſe iuris vtriuſque Doctorem. c. poſtulaſti. de reſcrip. Sylua de Benef. par. 3. q. 12. & tradit
4 idem Rebuf. in for. ſignat. in ver. Magalonen̄. † Qua ratione qualitas doctoratus narrata Papę verificari debet. Bellam. deciſ. 561. concluſio. Caſſad. dec. 7. de conceſ. præb. Quint. Mand. ad reg. cancel. 17. de non
5 iudic. iux. for. ſup. q. 8. n. 17. † Et iuſtè diſpenſatus tutus eſt in vtroque foro. gl. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. neque tenebitur in vtroq; reſidere. gl. in c. non poteſt. de præb. lib. 6. Feder. de Sen. con. 246. in fi. Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. ſub n. 5. de præb. Feli. in c. fi. de ſimo. & Rebuf. in tit. de diſpenſ. ad plura. n. 72. Et licet hodie vnum tantùm beneficium ſingulis quocunque titulo fulgentibus conferendum ſit, vt
6 habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. Summus tamen Pontifex, † cuius poteſtas Concilio eminẽtior eſt. c. ſignificaſti. vbi Ioa. And. de elect. Archid. in c. nemo. 8. q. 3. Abb. in c. dilectus. n. 10. de præb. Caſſad. dec. 2. n. 4. eo. tit. Milleus in ver. Papa eſt maior. Iacobat. de Concil. lib. 10. c. 7. latè Pariſ. con. 68. n. 463. lib. 4. attenta literatura, & paupertate graduati adhuc diſpẽſare poſſet, vel ſimplicia ſaltẽ beneficia eidẽ cõferre. Quare

7 Quare etiam ſubijci poteſt, † quòd licet in diſpenſationibus ad quęcunque pro baſtardis nō ſoleat dari ad dignitates maiores in cathedralibus, nec ad primas in collegiatis, ne tali macula notati alijs præficiantur, & ideo ſi in ſignatura petatur, & de ſpeciali ad vitam, deleri ſoleat, ſi tamen is qui petit Doctor ſit, vel aliàs qualificatus de ſpeciali gratia conceditur, vt docet Staphi. de liter. grat. in tit. de mo. & for. impetr. §. circa tertiū. n. 2. & ſequitur Petr. Rebu. de diſp. ſup. def. nat. n. 86. & ſeq.

8 Huc quoque ſpectat, † quòd etſi ex diſpoſitione fundatoris, vel teſtatoris beneficium eſt ſacerdotale, ſicut tamen ex diſpenſatione epiſcopi, & conſentientibus patronis, ſiue hæredibus poteſt pro una vice ex cauſa alterari lex defuncti, vt quia præſentandus ſit de familia, & aliàs idoneus, ita etiam ſi eſt doctus, & vtilis eccleſiæ, vt per Lambert. de iu. patro. lib. 2. par. 1. art. 30. 7. q. princ. n. 15. & 23. & tradunt Abb. & Feli. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.

9 † Scientię verò qualitas non ſolùm inducit ad diſpenſandum, verùm etiam multùm attenditur ad effectum cognoſcendi an Papa fuiſſet conceſſurus. Oldr. con. 252. & obſeruari in curia Ro. teſtatur Peregr. dec. 26. ad fi. Chiſanen. deciſ. 148. & Put. dec. 494. ex quinque. lib. 2.

PRIVILEGIVM XXXIII.

Doctor habens expectatiuam in forma pauperum præfertur pauperi in forma communi.

QVamuis ſuppoſitæ gratiæ videantur pares, ad not. per Abb. in c. poſtulaſti. in 3. notab. de reſcrip. Rota deciſ. 106. in no. & 466. in
1 antiq. † Doctor tamen habens expectatiuam in forma pauperum præfertur pauperi habenti in forma communi. Creſcent. deciſ. 119. lib. 1. ex quo in eo concurrit etiam priuilegium iuris communis, ad not. per Abb. & alios in c. de multa. de præben.

SVMMARIVM.

1 *Abſens doctor præfertur familiari Papæ preſenti.*
2 *Doctor prefertur poſſeſſori.*
3 *Papa conferens doctori videtur potius eccleſiæ prouidere, quàm perſonę.*

PRIVILEGIVM XXXIIII.

Doctor abſens pręfertur familiari Papæ præſenti.

NEc longè diſtat, quòd etſi inter familiares deſcriptos præſens
1 præfertur abſenti. † Id tamen non procedit ſi is abſens Doctor ſit,

vt

vt reſolutum refert Ant. Auguſt. deciſ. 384. lib. 3. Quin etiam Doctor tantùm per priuilegium præcedente tamen examine præferendus eſt familiari Papæ poſt aſſumptionem, Ioa. Paul. dec. 90. lib. 1. & Put. dec. 61. lib. 1. Et quamuis poſſeſſor in pari cauſa præferatur. l. in pari cauſa.
2 ff. de reg. iu. Bar. in l. 1. §. nõ autem. in prin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. † Doctor tamen poſſeſſori præfertur. vt latè probat. Quint. Mand. ad reg. 16. canc. ap. de concur. in data. quæſt. 50. per totam. Nam doctoratus qua-
3 litas magna eſt ad regimen eccleſiarum. † Vnde Papa cõferens Doctori videtur potiùs eccleſię prouidere, quàm perſonæ, vt per Mand. præcitato loco. Sed de his ſatis, cum nec hodie tales gratiæ concedantur, & de ijs latè ſcripſit Staphy. de lit. grat. in tit. de Pręrog. expect. & Lud. Gomeſ. in tract. expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus Studiorum generalium Tridentino Concilio confirmari.*
2 *Literę conſeruatoriæ Vniuerſitatibus, & Doctorum collegijs ſuffragantur.*

PRIVILEGIVM XXXV.

Patronatus omnes ſtudiorum generalium Tridentino Concilio confirmantur.

QVamuis iura patronatus omnia, quæ ex fundatione, vel dotatione iure aliquo ſaltem legitimè præſumpto non probãtur; non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs irrita, ac nulla cum ſua quaſi poſſeſ-
1 ſione intelligantur, vt habetur in c. 9. ſeſſ. 25. † ſicut tamen ea quę ad Imperatorem, Reges, alioſq; ue ſupremos Principes iura imperij in dominijs ſuis habentes pertinent, Tridentina Synodus dicto loco conſeruat, Ita etiam quę in fauorem Studiorum generalium cõceſſa ſunt. Nec pręſentati, electi, vel nominati ab huiuſmodi Vniuerſitatibus, ſeu collegijs ſtudiorum generalium examinari debent, quaſi publico Gymnaſij teſtimonio approbati ſint vt habetur ſeſſ. 7. c. 13.

Illud etiam Tridentina Synodus ſeſſ. 14. c. 5. in fi. de reform. I. Con-
2 ſultorum gratia conſtituit, † quòd etſi literę cõſeruatorię cum quibuſcunque clauſulis nemini ſuffragantur ad hoc vt coram ſuo Epiſcopo, vel alio ſuperiore Ordinario inquiri, ſeu conueniri non poſſint: Vniuerſitates tamen generales, & Doctorum collegia exempta intelliguntur.

G SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus ſi eligatur is, qui Doctor, vel Licentiatus ſit, maior illi portio aſſignari debet.*

2 *Veſtis ſi promittatur doctori intelligitur de nobili, & honeſta.*

PRIVILEGIVM XXXVI.

Doctor ſi in vicarium perpetuum eligatur, maior ei portio ſtatuitur.

Nec omittendum eſt, quòd cùm Vicarijs perpetuis congrua portio debeatur. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. cap. 1. eod. tit. lib. 6.
1 † Si Vicarius Doctor fuerit, vel Licentiatus maior illi portio aſſignari debet, ex quo perſonæ dignitas inſpicienda eſt, arg. cap. de multa. de præb. Petr. Rebuf. in tract. congr. porti. num. 63. Redoan. de ſpol. eccleſ. q. 9. §. fiat ergo. nu. 23. Alijs namque cibis literatos, & nobiles veſci decet, ſecundum Innoc. in cap. dudùm. il 2. in fi. de elect. Abb. in c. cùm adeo. de reſcript. quos & famulum habere conuenit, & decentiùs incedere, vt per Redoa. præcit. loco. Facit optimè quod ſcripſit Bart. in
2 l. fortiſſimis. C. de mil. veſte. lib. 12. † Quòd veſtis doctori promiſſa danda eſt nobilis, & honeſta, & ſequitur Bolog. in Auth. habita. nu. 30. C. ne fil. pro pat. Id etenim perſonæ conditio poſtulat. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu, & hab. nec propterea induci videtur acceptio perſonarum apud Deum, ex quo fit propter bonum vniuerſale Eccleſiæ, quæ viris indiget literatis, vt declarat Abb. in d. c. de multa. in fi. de præben.

PRIVILEGIVM XXXVII.

Doctor clericus annulum deferre poteſt.

Qvamuis clericum annulatum, aut epiſcopum, aut fatuum dixerit
1 Ioa. And. in c. vt apoſtolicæ. de priuil. lib. 6. † Clericus tamen Doctor in ſignum matrimonij inter ipſum, & ſcientiam annulum deferre poteſt, vt poſt Ioa. And. d. loco, dixit Petr. Leſnaud. de doctor. par. 1. q. 3. & Barth. Caſſen. in cath. gl. mun. par. 10. conſid. 36. Qui enim talem poſſidet ſponſam Spiritus ſancti donum poſſidere videtur. c. illo vos. vbi Abb. in 1. not. de pignor. c. non ſolum. 1. q. 3. glo. in cap. de quibuſdam. in ver. magiſtri. 37. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Militum priuilegia Iuriſconſultis competere.*
2 *Aduocationis officium neceßarium, & laudabile eſt.*
3 *Milites hodierni an priuilegijs gaudeant.*
4 *Milites Hieroſolymitani, vel ſimiles antiquorum priuilegijs frui.*

PRIVILEGIVM XXXVIII.

Iuriſconſulti militum priuilegijs potiuntur.

IAM verò ad ea priuilegia accedamus, quę in Criminalibus cauſis Iu-
1 riſconſultis tributa ſunt, Et illud pręmittamus, † Doctores, & Aduocatos, qui non minùs prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atq; vulneribus patriam, parentesq; ſaluarent, l. aduocati. C. de adu. di. iud. Militum priuilegijs gaudere, Ita pro regula admiſit Cyn. in l. 1. in 5. q. vbi etiam Salic. C. de iu. & fac. igno. Glo. Bar. Alex. Socci. & Iaſ. in l. miles. ff. de re iud. & tradunt omnes in l. Centurio. de vulga. & pupil. facit optimè tex. in l. fin. C. de palat. ſacr. larg. lib. 12. ibi. eòs, quorum par, vel ſimilis militia eſt, iiſdem priuilegijs gloriari oportet: militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam, poſterosque defendunt, d. l. aduo-
2 cati. & l. proximos. C. de prox. ſac. ſcri. lib. 12. † eorumque officium laudabile eſt, ac vitæ hominum maximè neceſſarium, l. laudabile. C. de aduo. diu. iud. c. quia epiſcopus. in fin. ibi. Et laudabilis artis. 5. q. 3. Et eam ob cauſam inuentum, vt ijs ſuccurratur, qui ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant.

Hinc eſt, quòd ea priuilegia quę militibus ob eorum ſimplicitatem, aut iuris ignorantiam ſunt conceſſa, Iuriſconſultis non competunt, vt dixit Socci. in d. l. miles. n. 9. de re iud. Milites enim magis armis, quàm iuri ciuili vacare debent. l. ſcimus. in fi. C. de iur. delib. Et forenſia negotia nequeunt pertractare. l. vni. C. nego. ne mil. lib. 12. quod iuriſperitorum proprium eſt, l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. & notat Alex. in d. l. Centurio. num. 7. Idem eſt in illis priuilegijs, quæ propter temporis anguſtiam militibus conceſſa ſunt, iuxta l. 1. & l. milites in expeditione. C. de teſtam. milit. vel quia in conflictu verſantur, vel hoſtibus inſidias moliuntur, aut contrarias præcauere conantur, vt de Re Milit. elegãter tradit Veget. & Iulius Flor. de Aſtu. milit.

3 Sed & illud obiter dictum ſit, † Milites noſtri temporis priuilegijs fraudandos non eſſe, quamuis antiquę ſolemnitates in eis creandis non obſeruentur, quæ enumerantur á gl. in l. pen. vbi Alberi. ff. ex qui. cau. mai. & in §. fi. in Auth. de mand. prin. & Inſt. de milit. teſt. in rub. cùm noua ſolemnitas ſucceſſerit, Bal. in l. fi. C. qui bo. cæd. poſ. & Feli. in c. trãſlato. de conſti. Et quod magis eſt, longè maior ratio ſubſit diſcriminis vitæ, atque idem effectus publicę vtilitatis, quem ſufficit remanere, vt iuris diſpoſitio ſubſiſtat, ad tex. in l. decreto. C. ex qui. cau. inf. irrog. & l. ordo. de publ. iud. quare ſi in expeditione, præſidijs, vel caſtris ſint, nec pace, otioque fruantur, illis frui dixit Oldr. con. 196. n. 1. & 2. lib. 3.
4 Roma. con. 43. n. 5. Capel. Tholoſ. dec. 141. n. 2. † Vt etiam Milites Hieroſolymitani, vel ſimiles, qui iuxta antiquas ſolemnitates examinãtur, iurant, accinguntur, in ſignum duritiæ percutiuntur, negociari prohibentur, ac demum in numerum referuntur, & licet ſtigmate (vt olim) non notentur, Crucis tamen ſigno, quod omnium nobiliſſimum eſt, exornantur, & muniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionibus ſubijci doctor non debet.*
2 *Cæſaris æram triginta, & octo annis ſalutis annos præcedere.*
3 *Conſuetudinem torquendi doctores non valere.*
4 *Terreri realiter doctores non poſſe.*
5 *Confeſſio in tortura facta doctori non nocet.*
6 *Fuſtigari doctor non debet etiam in exceptis.*
7 *Quæſtionis priuilegium imperitis quoque competere.*
8 *Quæſtionis priuilegio an poſſit doctor renunciare.*
9 *Doctores vbique ſuis priuilegijs frui.*
10 *Quæſtionis priuilegium multis caſibus ceſſat.*
11 *Papa ſi apud eccleſiam male ſentiat, poteſt a concilio deponi.*
12 *Senex non torquetur etiam in exceptis.*
13 *Proditorum inſignia delenda ſunt.*
14 *Simoniæ crimen peſſimum.*
15 *Iudices delinquentes grauius puniri.*

PRIVILEGIVM XXXIX.

Doctor torqueri non debet.

Sicut igitur Miles, etſi aduerſus eum aliquid indicij emerſerit; quæſtioni, ac cæteris plebeiorum pœnis in cauſis criminum ſubijciẽdus

non

1 non eſt.l. milites.C. de quæſt. † Ita Doctor torqueri non debet, vt vo-
luit Cyn. in d.l.milites. & in l.4.C.ad l.Iul. mai. Bar.& Bal. in l. 1. C.
de adu.di. iud. Alex.in l. centurio n.9.vbi Galia.n.25.& Rip.n.14. de
vul.& pu. Iaſ.in l. 1.ſub.n.7.C. de iu. & fa. ign.& in l. miles.de re iud.
Bolog. in Auth. habita n.73.C.ne fil. pro pa.Nicol.Boer. in l. conſen-
taneum n. 167. C.quom. & quan.iu. Roma. ſing.494.Milites,Docto-
res. Marſil. ſing. 556. & in praxi. in §.expedita.num.39. Petr. a Duen.
reg. 190. ampl. 4. Soarez recep. ſent. in ver. Doctor.Pute. de ſyndi. in
ver. Doctor.verſ.an autẽ doctor. Tiraq. de Nobil. c.29.n.10.Petr.Plaz
epit.delict. c. 6. n.8.Angel.de malef. in ver.fama publica n. 102.& re-
ceptiſſimã ſententiã dixit Lud.Carer.in praxi.fol.mihi 238.n.180.ver.
excipiuntur. Paul.Grill. de tortu.q.7.n.5.Boſſi.in tit.de indi.& conſid.
an.tort.n.111.Hiſpa.in rub.de donat.int.vi.& vx.verſ.ex iſtis infertur,
qui refert Regẽ Alphonſum ad id legem promulgaſſe in Alcalà Cæſa-
2 ris Æra. 1386. † quæ teſte Couar. var.reſol.lib.1.c 12.n.3.triginta,&
octo annis ſalutis annos præcedit, Ac ita in facto obſeruari per ſenatum
Mediolanenſem teſtat Iul. Clar.in §.fi.q.64.verſ.quæro an Doctores.&
conſulendo firmarunt Alcia.reſp.19.in fi.li.6.Thom.Gram. voto pri-
mo n.4.Rola.con.31.n.3.lib.3. Succi.Iun. con. 39. n. 36.lib. 2. & D.
Octau.Vulp.reſp.141.

3 Extenditur primo, vt procedat etiã † ſi contraria conſuetudo in ali-
qua curia allegaretur, nam illa obſeruanda non eſt. l. omnes iudices.
vbi Bar.C.de decur.lib.10.ſicut nec lex ipſa cõtra publicã vtilitatem,l.
nec dãnoſa C.de preci.imp.off.l.fi.C. ſi con.ius, vel vti.pub.ita Iaſ. in l.
de quibus.n.66.de legi.Rip.in d.l.cẽturio. n.14.vbi Galia.n.35.& ſeq.
Marſi.in l.edictũ.n.4.de quęſt.Gram.d.voto.1. n.12.Fulgos.con.173.
& Oct.Vulp d.reſp.141.n.10. Quare licet Gandi. in tit. de quęſt.refe-
rat id quãdoq; obſeruatũ nõ eſſe, & Odofredus cũ relatis a Bruno de in
di.& tort.q.4.2.par.n.22.& ſeq.potuit de facto, vel forſan in caſu exce-
pto inferri, vltra quod Doctori de cõſuetudine atteſtanti nec ſatis cre-
ditur, niſi ad præſumptionẽ faciendã, Alex.con.5.lib.3.Dec.con.472.
& 559. Sed ſi ius ipſum ſpectemus, ita iudicãdum eſt, vt per Brun.prę-
cit.loco n.23.& poſt alios Rolan.d.con.31.n.4.in.fi.lib.3.

4 Extẽditur ſecundo, vt ne dum torqueri, † Sed nec terreri poſſit, paria
enim ſunt terror, & tortura, vt probat tex. in l. nouiſſime. vbi Bal. id
not.ff.quod fal.tut.auct.Vbi tutor compulſus, aut metu compulſionis
commodans authoritatem æquẽ excuſatur, id tamen verè procedit, ſi
comminatio ſit realis, & propinqua, vt quia reus legatus fuit, vel nuda-
tus prope tormentum.ita Rip.in d.l. centurio n. 14. verſ. imò non po-
teſt. ſecus autem in comminatione verbali, quæ cuilibet fieri poteſt, &

eius

eius prætextu facta confeſſio valeret, Bar.in l. 1. §.diuus Seuerus. n. 2. de quæſt.& pluribus firmat Anto.Gomez.var. reſol. lib. 3.c.13.num.4. in fine.

5 Extenditur tertio, vt ſi de facto torqueatur, vel terreatur, † confeſſio, vel ratificatio inde ſecuta ei non noceat, vt condemnari poſſit, ad tex. in l. 1. §.diuus Antoninus. ff. de quæſt.& in l.non dubiũ. C.de legi.Bal. in l.imperator.la 2. ff.de ſta.homi. Hippol.in d.l.editũ in prin.& in.§.expedita.n. 46. Rolan.d. con.31.& Gomez.præcit.loco n. 4.

6 Extenditur quarto † vt nec fuſtigari, vel ſimili tormentorum genere vexari queat, ad tex. in l. capitalium. §. non omnes. ff. de pęn. Rip. in d.l.Centurio.n. 14.& Rola. prealleg. loco. etiam in caſibus, in quibus quæſtionis priuilegium ceſſaret, debet enim doctor nobilium pænis aſfici, vt not. gl.in d. l. milites.

Extenditur quinto, vt tam publicis Profeſſoribus cõpetat, quàm Aduocatis Marſ.in d. §.expedita.n. 37. etiam depoſito aduocationis officio in honorem priſtinæ dignitatis.per ea quæ notat Bar. in l. 1. C. de adu. di.iud.cum relatis a Tiraq. in tract. cau.ceſſ. limit. 15. n.8.

7 Extenditur ſexto, † vt imperitis quoque id competat, Ripa poſt alios in d.l.Centurio.n.17.verſ. qua ratione. Alcia. de ver.ſig.lib.1.pag.mihi 34.verſ.non ſubijcietur ergo quæſtioni. Idque ne dignitas dehoneſtetur, cæteriſque eiuſdem ordinis iniuria inferatur.

8 Extenditur ſeptimo, vt procedat etiam † ſi doctor renunciauerit ſuo priuilegio, ad gl. communiter receptam in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. Bal. in c. cum non ab homine.n. 8.de iudic.& in c. cum veniſſet.n.7.de teſti.& in l. vni.n.24. C. de confeſ. inquiens talẽ renunciationem etiam iuratam non valere. Imol. in l. cuſtodias. n. 3. de publ. iud. nec diſſentit Iaſ. in l.ſi quis in conſcribendo num. 18. C. de pact. cum alijs per Petrum a Duen. reg. 190. in 5. limit.etſi nonullos referat contrarium aſſerentes.

9 Extenditur octauo, † vt doctor vbique hoc priuilegio, alijſque fruatur, vt per Boſſi. in tit. de indit. & conſid. an.tort.num.114.

10 Declaratur primo, † vt non procedat in crimine hęreſis, & impietatis in Deum. Ang. de malef. in ver. fama publica. vbi Auguſt. de Arimi. in verſ. ſexto quæro. Marſi. in d. l. ædictum. n. 27. & in d. §. ex-
11 pedita num. 45. † Sicut enim Romanus Pontifex, quem aliàs viuentium nemo iudicat. cap. nemo. 9. q. 3. ſi manifeſtè tanti ſceleris reus ſit, poteſt apud vniuerſale Concilium accuſari, itemque gradu deijci, iux.gl. in c. ſi Papa. 40. diſt. & poſt alios Card. Alba. de poteſt. Papæ,
12 & Concil. n.127.& ſeq. ita nec doctor hoc priuilegio tuebitur. † Niſi tamen ſenectutis cauſa illi ignoſcendum eſſet. l. 3. §. ignoſcitur. ff. ad

Syllan.

Syllan. nam & in exceptis ætatis ratio habenda eſt, ne propter eius debilitatem moreretur, vt docuit Bal. in l. quicunque. verſ. quarto caſu. C. de ſer. fugit. modus igitur adhibendus eſt. Marſi. in d. §. expedita. n. 41. & Gomez. d. loco num. 3. in fi.

Secundo fallit in crimine læſæ maieſtatis in principem l. 3. & 4. C. ad l. Iul. mai. l. de minore. in 2. reſponſo. de quæſt. Marſil. in d. §. expedita. n. 45. & Rip. in l. Centurio. num. 14.

Tertio fallit in proditore. l. proditores. ff. de re mili. l. deſertorem §. his qui ad hoſtes. ff. de pœnis. Rola. d. con. 31. num. 10. lib. 3. nam
13 proditionis crimẽ veræ nobilitati, ac dignitati repugnat, † Et proditoris inſignia delenda ſunt. l. eos qui. ff. de pœnis. quem textum ſing. dicit Roma. ſing. 476. eorum arma. & iterum ſing. 669. an arma.

Quarto fallit in crimine ſimoniæ, iux. gl. in l. nullus. C. de quæſt. Brun. de indit. & tort. q. 4. num. 24. & Rola. d. con. 31. num. 9. Hos enim Saluator noſter increpans, & flagellans eiecit de templo, Math. c. 21. quorum pecunia eis erit in perditionem iuxta dictum Diui Petri
14 Actu. Apoſt. c. 8. & in c. qui ſtudet. 1. q. 1. † Nam tale crimen cæteris deterius dicitur c. in ſumma. 6. q. 1. & idolatria peius videtur. c. eos. & c. cito turpem. 1. q. 1. & not. omnes in rub. de ſimon.

Quinto fallit in crimine falſi, Et tex. in l. ſi quis decurio. C. de falſ. Petr. a Duen. d. reg. 190. verſ. limita. 2. Rola. d. con. 31. num. 7. & faciunt notata per Iaſ. in l. ex facto. de vul. & pu.

Sexto fallit in priuato carcere l. 1. C. de priua. carce. gl. in l. etſi excæpta. C. de malef. & math. Rola. d. con. 31. n. 8.

Septimo fallit in crimine maleficij, & matheſis. d. l. etſi excepta. vbi gl. in ver. demonſtrantur, docet tali crimine notatos, licet ij in dignitate ſint, torturam non effugere.

Octauo fallit conſulto demum Principe, & conſentiente, vt probat tex. in d. l. nullus. vbi Bal. C. ad l. Iul. mai. Petr. à Dueñ. d. reg. 190. in prima limit.

Nono fallit, ſi in officio deliquerit, ita videtur ſentire Boſſi. prædicto loco. ſub n. 116. ſed reuera adducta per eum parum faciunt, vt animad-
15 uertit Octau. Vulp. d. reſp. 141. num. 11. † quamuis deinde conuictus maiori pœna afficiendus videatur, ad tex. in c. cùm quidam. de iureiur. & in cap. nulli fas. 25. q. 1. & in c. præcipuè. cum gl. 11. q. 3. & facit illud Poetę.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præſumitur pro doctore ad excludendum delictum.*
2 *Actus æquiuocus a doctore geſtus iuſtus præſumitur.*

PRIVILEGIVM XXXX.

Pro doctore præſumitur ad excludendum delictum

Sicut pro nobilibus non parum pręſumitur ad excluſionem delicti, iux.gl.in c.illud.4. diſt. Gerar. ſing. 30. pro Nobilibus. Socci. Iun.
1 con.39.n.2.lib.2.†Ita pro Doctore l.2.§.ſeruius. ff. de orig. iu. l. is cui bonis.vbi Fran. Rip. de ver. oblig. Abb. & Imo. in c.in noſtra.de proc. Bolog.in Auth.habita col.15.C.ne fil.pro pa.qui dicit, quòd ſi delictũ imputatur duobus,quorum vnus ſit doctor, præſumitur ab altero per-
2 petratum,qui doctor non eſt, ſubdens quòd † actus geſtus a doctore, qui iuſtus,& iniuſtus haberi poteſt;pręſumitur iuſtus propter eius qualitatem,ea namque vehementer attenditur,ad excluſionem delicti,qui cùm ſit nobilis, & in dignitate conſtitutus nihil ſeui contra illum pręſumendum eſt. Gerar. d. ſing. 30. Alcia. reg. 1. pręſ. 48.& Socci.iu.d. con.39.n.27.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam delicto commenſurandam eſſe.*
2 *Pœna mitior doctori infligenda eſt.*

PRIVILEGIVM XXXXI.

Doctor ob commiſſum delictum mitius puniendus eſt.

1 Etſi † pœna delicto commenſuranda eſt l.pedius.ff.de incen.rui.& nau.l.reſpiciendum.de pęnis.l.ſancimus.C.eo.tit.& c. afferamus.
2 24.q.1.† Doctor tamen mitiùs puniendus eſt, ad tex.in l.moris.§ fi.ff. de pœnis.Roma.ſing.180 Scis quòd Doctor. ex quo in pęnis infligendis dignitati,ac nobilitati non parum defertur. c. fi.vbi gl.& alij notãt, de pœn.c.quiſquis.cum gl. 2. q. 8.& plura adducit Couar. var. reſol. lib.2.c.9.ſub n.4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Peculium quaſi caſtrenſe patri, non fiſco adiudicari.*
2 *Bona aduentitia non publicantur ob delictum filij.*
3 *Executio fit in peculio ſi ſententia ſtatum non adimat, ſiue pater delictum filij ſciens non prohibuit.*

PRIVILEGIVM XXXXII.

Doctoris quaſi caſtrenſe peculium ob perpetratum delictum patri, non fiſco defertur.

ETſi filiusfamilias contrahendo, vel teſtando liberè de ſuo peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrēſi diſponere poteſt, l. fi. C. de inoffi. teſt. §. fi. inſt. de milit. teſt. cùm in eo ſubſtineat vices patrisfamilias. l. 2. ff. ad
1 S.C. Maced. † Si tamen Doctor aliquod delictū committat, ex quo bona veniant publicanda, eius peculiū quaſi caſtrēſe, quod ad imitationē caſtrenſis peculij ſuperuenit, d. l. fi. C. de inoff. teſt. non fiſco, ſed patri adiudicabitur, vt ſanciuit Alex. Imper. in l. 3. ſecundū communē intellectū. C. de bon. proſcript. ita poſt Cyn. & Petr. firmauit Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. n. 12. in fi. quē ſequuntur Bal. Imo. Paul. & Alex. qui fuſiùs id pertractat, n. 49. ff. de dam. inf. ac idē in l. 3. §. ſi filius n 2. vbi Dec. n. 14. ff. quod quiſq. iu. gl. in l. 1. in ver. ſupplicij. in fin. de bo. damnat. Azo in ſum. C. de bon. proſcrip. Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de accuſ. §. fi. verſ. & intra certum tempus. circa med. Hancque communē ſententiam dixit Pariſ. con. 157. n. 36. lib. 4. Couar. var. reſ. lib. 2. c. 8. n. 7. verſ. hinc apparet. Capel. Thol. dec. 220. & ibi Aufre. Boſſ. in tit. de bon. publi. n. 71. Iul. Cla. in §. fi. q. 78. verſ. quæro etiam. Moder. Amer. de patr. poteſt effec. 2. ſub n. 37. Eman. Soar. recep. ſent. in ver. peculium, & Lancil. Conrad. in ſuo breuia. præt. in tit. de publ. bon. §. 3. ſub num. 3.

Et quamuis Iaco. de Are. & Roma. in d. §. ſi de vectigalibus, & Ang. in l. ſi filius. ff. de dam. inf. contrarium ſubſtinere conentur, aſſerentès hoc olim habuiſſe locum, cum pater caſtrenſe peculium filij demortui iure profectitij occupabat. l. 1. & 2. de caſtr. pec. ſecus hodie cùm filius habeat hæredem, etiam ab inteſtato. §. 1. in Auth. de hær. ab int. & declarat Bar. in l. poſt dotem n. 26. ſol. matr. Illis tamen plenè ſatisfacit Alex. in d. §. ſi de vectigalibus. n. 49. verſ. tertio quia. Nam licet filius familias hodie poſſit in caſtrēſi, vel quaſi habere hæredem ab inteſtato,

2 † Idem tamen eſt in aduentitio peculio, quod etiam, vt ipſemet Ang. fatetur in d.l.ſi filius.non publicatur,& probat Couar. d.c. 8. ſub n. 7. & Iul. Clar. d.q.78. verſ. ſed quid in aduentitijs. meritò nec caſtrenſe, vel quaſi fiſco deferetur,& licet filius pinguius ius habeat in caſtrenſi, vel quaſi peculio,quàm in aduentitio,nulla tamen ratio videtur poſſe aſſignari,quare nuda proprietas remanente vſufructu patri, non deberet publicari,ſi caſtrenſe publicaretur.Cùm igitur d.l.3. non reperiatur correcta,eius diſpenſionis ſtandū erit l. præcipimus. C.de appel. l.ſancinus. C.de teſta.idque propter prærogatiuam patriæ poteſtatis,vt not. Iul. Cla. d.q.78. & ideo factum arbitror,quòd bona virtute filij quæſita,patris quoque diligentia,& impenſa parta videatur.

Quam ſententiam communem declarat Bal. in l. ſi filius. ff. de his qui ſunt ſui,vel al.iu.& Alex.in d. §.ſi de vectigalibus. non habere lo-
3 cum,† ſi ſententia ſtatum non adimeret,ſed bonorum quantitatem aliquam,quia tunc pater non poſſet impedire executionem fiſcalem in bonis filij,cum pater non poſſit ea iure peculij occupare,ex quo filij ſtatus diminutus non eſt.Idem crederem ſi pater delictum filij prohibere potuit,& non prohibuit,ad l.omnibus,& l.in delictis, de noxal. Paris de Put. de Syndi.in ver. mandauit,il 2.n.10.fol.333.& Moder. Amer. in tract.de patr. poteſt. effec. 2.ſub n,37. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Mortis ſpecies varias eſſe conſtitutas.*
2 *Suſpenſionis pœnam doctor non patitur.*
3 *Officiali malè exequenti reſiſti poteſt.*
4 *Suſpenſionis pœnam præpoſteram,ac fœdiſſimam dici.*

PRIVILEGIVM XXXXIII.

Doctor ignominioſa laquei pœna non punitur.

ETſi iuxta diuerſitatem facinorum variæ ſunt conſtitutæ mortis ſpecies, vt reſp.Vlpi.in l.aut damnum.ff. de pœnis, & varias recenſet Alex.ab Alex. lib.3.dier. genia.c. 5.ad eo vt non rarò delinquentes laqueo vitam finient. l.capitalium.§. famoſos,vbi gl.de pœn. & in §. ex maleficijs. Inſt.de acti.† Doctor tamen militis exemplo id mortis genus non patitur.l.moris.§. ſed enim ſciendum. de pœn.l.1.§. pœna militum,vbi gl.in ver. torquentur,id vſu obſeruari teſtatur.ff. de re milit. Bar.in l.2.n.30.C.de dignit. lib.12.Marſil. in l.edictum.n.5.de quæſt.

Bolog.

Bolog.in Auth.habita n.71.C.ne fil.pro pa.Thom.Gram.voto i.n.15. & in addit. ad conſt.reg.Neap.ſub rubr.de furt.n.25.Petr.a Duen.reg.
5 190.in 7.ampl.& Tiraq. de nobilit.c.20.n.107. † ac officiali aliter exequenti reſiſti poteſt, l. omnes. C. de decur. lib. 10.gl.in c. ex literis. in ver.denunciatis.vbi Feli.de off.deleg.etiã per eum cuius nihil intereſt, vt per Duen.d.reg.190.in 8. ampli.& Dec.con.469.n.3.

Tale verò priuilegium verſatur circa duo, primum eſt, quia ſuſpenſionis pœna decapitatione extenſior eſt, vt poſt Bal.quem allegat, conſuluit Dec. con.65.n.5.verſ.& in proprijs terminis, & Socci.con. 157. n.4.lib. 2. Alterum verò ratione ignominię, quæ hiſce ſuſpendioſis irrogatur, quos & lugeri vetat l. liberorũ.§.non ſolum.ff. de his qui not. inf. † quam pœnam pręposteram appellauit Plin.lib.2.c.25.quia nempe includitur ſpiritus, cui deberet quęri exitus, & ex noſtris Tiraq. d.c. 20.n.106.qui ſacræ quoque paginæ teſtimonio confirmauit.Deuter.c. 21. Maledictus homo, qui pendet in ligno, & Numer.c.25.Dum hanc pœnam Deus Opt.Max.idolatris ſacerdotibus infligi iuſſit.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia doctori condemnato auferri.*
2 *Forma degradationis doctoris condemnati.*

PRIVILEGIVM XXXXIIII.

Doctori condemnato ne cęteris inde dedecus inferatur, inſignia detrahuntur.

SIcut militi ob turpitudinem delicti militaria detrahuntur inſignia l.2.§.ignominiæ cauſa.ff.de his qui not.inf.l.4.de re milit.& in cle-
1 ricis, ſanciuit Sum.Pont.in c. degradatio, de pœn.lib.6. † Ita Doctori ne cæteris eiuſdem ordinis iniuria inferatur, inſignia auferenda ſunt. l. omnes.§. præterea nullus, vbi gl.in ver.poſt amiſſionem. C. de epi. & cler.& in l.fin. C. de malef. & math.Bar.in d.§.ignominiæ cauſa. in fi. & in l.1.n.30. C. de dignit.lib.12. Bal. in l. nihil. C. de quæſt. Feli. in rub.de magi.Marſil.ſing.566. Iul. Clar.in §.fi.q.74.verſ. ſcias autem.
2 & Thom.Gram.ad conſt.reg.Neap. in rub.de furt.n.26. † qui degradationis formam refert ſuo tempore obſeruatã in curia Vicarię in quodam doctore de Falconibus, cui inter cætera duo libri legales aperti, mox clauſi, item biretum de capite, annuluſq; de digito detractus a miniſtro iuſtitiæ in terram proiecti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Armorum vſus de iure interdictus eſt.*
2 *Arma doctor deferre poteſt,nec ab officialibus ſcrutari debet.*
3 *Clericorum arma orationes,& lacrymæ.*
4 *Arma doctorum ſunt libri.*

PRIVILEGIVM XXXXV.

Doctoribus arma ferre licet.

QVamuis † armorũ vſus,inſcio Principe, priuatis interdictus ſit,vt
1 ſanciuit Imp. Theod. in tit. vt armor. vſus. & Iuſtin. in Auth. de
armis. dum arma fabricare, & deferre regiũ munus eſſe ſtatuit. Sicut
tamen militibus arma interdicta non ſunt, imò principum authoritate
2 permiſſa,vt ſcribit Petr.Plaz. lib.1. Epito.delict.c.8.n.14. † Ita Docto-
ribus ea deferre licet, nec ij ab officialibus ſcrutari poſſunt,vt poſt gl. in
l.medicos. not.Bar. Ioa. à Plat. Rebuf. & alij C. de profeſ.& med.lib.
10. Bologn. in Auth.habita.nu.164.C.ne fil.pro pa. Ioan.de Anan.in
rub.de magi.nu.11.vbi Feli.verſ.ad ſecundum. Barba. in proœ.clem.
in 10. priuileg. Boer. in l.conſentaneum.n.126.C.quom.& quan.iud.
Petr. Plaz. d.c.8. nu. 20. Iacob. Menoc.de arbi. iud. caſu 394. nu.74.
Galia.in l.Centurio. nu.24.de vulg. & pup. Tiraq. ne nobil. c. 20. nu.
68. & Petr.à Duen.reg.55. limit.7. qui poſt alios tam publicis profeſſo
ribus,quàm aduocatis licere dixit.

Cæterum laudabilius eſt, ſi legibus,& codicibus armorum vice vtan
3 tur, ſicut enim † clericorum arma ſunt breuiarium & lacrymæ. c. con-
4 uenior.23.q.8.c.porro.vbi glo. 16.q.4. † ita doctorum arma ſunt libri,
vt dixit Pute. de re milit. Armipotens.in fi.& Menoc.d.caſu 394.n.75.
eorum namq́ue militia legalis, & inermis dicitur. l. aduocati. C. de
aduoc. diuer. iudic.

SVMMARIVM.

1 *Statuti pœnam, quòd nullus poſſit auxiliari bannitos,doctorem non afficere.*
2 *Statutum prohibens defenſionem ſtrictè interpretari.*
3 *Excommunicationem non incurrit doctor defendens in iudicio excommunicatum.*

PRI-

PRIVILEGIVM XXXXVI.

Doctor non incurrit pœnam ſtatuti,quòd nullus poſſit auxiliari bannitos.

SEnſit quandoque Bar.in l. legatū. §. ſunt qui putant. ff. de his quib. vt ind. Aduocatum patrocinium præſtantem præmiſſi ſtatuti pœnā
1 incurrere. Verùm quia in l.furti.§.ope.in fi.ff.de furt, idem Bar. † cenſuit conſilij præſtationem impropriè auxilium appellari,multi contrariam, & veriorem ſententiam amplexi ſunt,ita Petr.de Anch.in c.cum P. de accuſ. Alberi. in 4. par.ſtatut.q.32. Bologn.in Auth. habita. nu. 411. C. ne ſil.pro pat. qui primam Bartoli opinionem declarat habere locū,ſi quis ex graui, & atroci delicto damnatus eſſet, ad not.per Abb:
2 in c.ſi aduerſus.in fi.de hæret. † cùm enim relatum ſtatutum odioſum ſit,quaſi defenſionem prohibeat,ſtrictè interpretandum eſt,vt de auxilio extraiudiciali tantùm,non de iudiciali, ac legitimo loquatur, vt docuit Alex.in d.§.ope.& Iul.Clar. in §.fi.q.82. in interpretatione vigeſimi primi ſtatuti. verſ. quæro nunquid. & faciunt tradita per Abb.in c. cum ſacerdotis.in princ.de poſtul.

3 † Qua ratione Aduocatus defendens in iudicio excommunicatum non incidit in excommunicationem,ſi tamen is foueat iuſtam cauſam, cùm enim excōmunicato permittatur defenſio, c.intelleximus.de iud. permittuntur omnia ſine quibus defenſio eſſe nō poteſt. ita poſt Inno. & Hoſt. ſenſit Abb. in c. propoſuit. n.6. de cler.excom. & vide Feli.in cap.paſtoralis. in fi.de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria atrox quæ dicatur.*
2 *Iniuria facta doctori atrox dicitur.*
3 *Iniuriam Aduocato factam iudicis arbitrio puniri.*
4 *Iniuria illata doctori collegiato, quando videatur facta collegio.*

PRIVILEGIVM XXXXVII.

Doctori illata iniuria atrox dicitur,& grauiter venit punienda.

1 INter atroces iniurias, † quæ ex qualitate facti, ac perſonarum,quibus illatæ ſunt,dignoſcuntur.l.prætor edixit. §.fi. de iniur. §. atrox iniuria.

2 iniuria. Inſt.eo.tit. Ea quoque deſcribi ſolet, † cùm doctor iniuria afficitur, nam & ipſe in dignitate eſt, & iudicandi munus habet inter ſuos ſcholaſticos. Auth. habita.C.ne fil. pro pat. ita ſenſit Petr. Plaz.epito. delict. lib. 1. c.6. n.4. & ſequitur Iacob. Menoc. de arb. iud. caſu 2 63.
3 n.17. † qui iudicis arbitrio vindicandam dixit iniuriam doctoribus nõ profitentibus illatam, cùm id in eis iure cautum non reperiatur.
4 † Nec omiſerim iniuriam illatam doctori collegiato ipſi collegio factam videri. l. decuriones.C.de quæſt. & probat. glo. in c. vulgaris. in ver.totũ.de pænit.diſt. 1.Oldra.conſ.66. Corrad. Laud. de duel.concl. 17.nu.19. ſi tamen ob exercitium doctoratus, vel ſimilem cauſam id contingat, ſecus ſi ob inimicitiam aliunde prouenientem, vt per glo. in d.c.vulgaris. & ea qualitas ab ipſo doctore probanda eſt ad pœnam reo augendam, vt docuit Menoc. præcit.loco.num.20.

SVMMARIVM.

1 *Popularis actio competit pro iniuria doctori facta.*
2 *Lege Iul. de vi publ. agitur contra offendentem doctorem.*
3 *Sacrilegij pœna plectitur offendens doctorem, uel eius domum, aut publicum Gymnaſium.*

PRIVILEGIVM XXXXVIII.

Pro iniuria illata Doctori lex Iul. de vi publ. & popularis actio competit.

1 ILlud quoque iam relato proximum eſt, † vt pro iniuria doctoribus facta quilibet ad agendum admittatur, ita Bal.in l.1.§.huius ſtudij. col.3.& ibi Albe.de iuſt.& iu.Bar.in l.1.n.7.C.de digni.lib.12.Bolog. in Auth. habita.n.70.& notat Fel.in rub. de magi. verſ. ad ſecundum.
2 Agitur etiam lege Iulia de vi publ. † l. lege iulia. la prima vbi gl. in
3 ver. oratores. ff. ad l. Iul. de vi plubl. Guido pa. q.88. n. 5. † Et offendens doctorem, eius domum, aut publicum Gymnaſium quaſi ſapientiæ domũ lædat, ſacrilegij pœna plecti poteſt, ita Bal.in d. Auth. habita n.28.& Bolog.n.244.& Petr. Rebuf. qui Scholaſticis quoque id commune dixit priu. 105.Doctores enim ſacerdotes appellantur, l. 1.ff. de iuſt.& iu.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legi.

SVMMARIVM.

1 *Carcer quaeſtionis ſpecies cenſetur.*

2 Carce-

2 *Carcerari doctor non debet ob ciuile debitum.*
3 *Iuratoriam cautionem præſtando doctor liberatur.*
4 *Statutum quòd quilibet carcerari poſſit, doctorem non comprehendit.*

PRIVILEGIVM XXXXIX.

Doctor ob ciuile debitum capi,& in carcerem detrudi non poteſt.

QVamuis omnes pro ciuili debito capi, & carcere mancipari poſſint,niſi ſint in domo,ex qua euellere non licet, minuſque ab Eccleſia, l. plerique. & l.ſatis.ff. de in ius voc. l. præſenti. C.de his qui ad
1 eccle. conf. Quia tamen † carcer quæſtionis ſpecies dici ſolet. l. item
2 apud Labeonem. §. quęſtionis. ff.de iniur. † Doctor id pati non debet. l.medicos. vbi not. C.de prof. & med. lib.10. Bart.in l.ſi libertus.ff.de in ius voc. Alex.in l.miles. vbi Iaſ. & Rip. ff.de re iud. Hippol.in l. edictum. num. 5.de quæſt. & in praxi in §. attingam.nu.68. Matheſ.nor. 59. Rip. in l.Centurio. nu. 16. de vulg. & pup. Lud. Gomeſ. de actio. pag.26.nu.65. Tiraq. de nobil. cap.20.num.136. Duen.reg.190.in 5. ampl. Iaco. Meno.q.88. num.7.Nec vlla differentia ſtatuenda eſt inter publicos profeſſores, & aduocatos. Aret. conſ.95. & Iaco. Æmil.conſ. 17.num. 13. quod plurimis comprobauimus infra priuil. 96. Et iudices contrauenientes capite puniendos dixit Bal. in tract. de carcer. nu. 4. & in ſyndicatu teneri idem Bal. in l. 1. C.qui bon. cæd.poſſ. Boer.in l.conſentaneum. num.164. C. quom. & quan. iud. & Pute. de ſyndic.
3 in §. doctor. † Quòd ſi aliam cautionem præſtare non poſſit, ſtandum eſt iuratoriæ cautioni ob præſumptam eius fidem, ita Petr. Laſnaud. de doctor. in 2. par. §.3. & in ſimili reſpondit Bald. in l. abſtinendum. C. quor. app.

4 Quod procedit etiam † ſi ſtatuto caueretur, quòd quilibet pro ciuili debito perſonaliter capi poſſet,nō obſtante quocunq; priuilegio, namque non cenſetur derogatum priuilegijs inſertis in corpore iuris. glo. notab.in l.2.§.legatis.in ver.non compelluntur.& in l. hæres abſens.in prin.in ver.excuſantur.de iud.Bar.in extrau.ad reprimendū. in ver. nō obſtantibus.ſub n.12.Boer.in d.l.conſentaneum.n.164.Alcia.de verb. ſig.lib. 1.pag.50.verſ. priuilegia quoque. Rip.in c.cum ſit Romana.n. 54.de reſcript. & in terminis dicti ſtatuti. Matheſ. notab.59. & Math. Brun. de ceſſ.bono. q.10. 4.q.prin.

Neque Doctor hoc priuilegio renunciare poteſt, ex quo ordini iniuria infereretur,vt per Iaco. Æmil. d. conſ.17.num.20.

SVMMARIVM.

1 *l. fi. ff. de in ius voc. contra Doctores non procedit.*
2 *Iudex qui per imperitiam iniquè iudicauit, non luit in corpore, nec in carceratur.*

PRIVILEGIVM L.

Diſpoſitio l. fin. ff. de in ius voc. contra Doctores non procedit.

LIcet is, qui inopia dignoſcitur laborare, in corpore luat, l. fi. ff. de in ius voc. l. 1. §. fi. de pœn. c. finem litibus, de dol. & contum. c. quia
1 iuſta. 5. q. 6. † Doctor tamen ob eius dignitatem id non patitur, ita Bolog. in Auth. habita n. 58. C. ne fil. pro pa. nam dicta regula procedit in vilibus perſonis, vt declarat Bar. in d. §. fi. Salic. in l. etſi ſeuerior. C. ex qui. cau. inf. irrog. Aret. in §. pœnales, vbi Iaſ. n. 43. de actio. & Couar. var. reſo. lib. 2. c. 9. n. 4. in fi.

2 Quare nec † Iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, id patietur, Bal. in rub. C. de pœn. iud. qui ma. iud. qui nec propterea incarceratur, Barba in c. Odoardus. in fi. de ſolut. Cæſ. Contar. ad l. vni. limit. 11. num. 17. C. ſi de mon. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Excellens doctor in pœnis diſpenſari meretur.*
2 *Tiberij Cæſ. facinus aduerſus artificem.*
3 *Iudicem poſſe pœnam minuere delinquenti, qui bene de Rep. meritus ſit.*
4 *Statutum quòd minor 40. annis non poſſit admitti ad lecturam ordinariam, non procedit in valde docto.*
5 *Statutum quòd forenſis non poſſit eſſe de collegio, non habet locum in doctore eminentis ſcientiæ.*
6 *Excellens doctor quis dicatur.*

PRIVILEGIVM LI.

Doctor eminentis ſcientiæ in capitalibus, & ciuilibus cauſis diſpenſari meretur.

1 ILlud etiam prętereundum non eſt. † Doctorem eminentis ſcientiæ facilè legum diſpenſatione promereri, tex. eſt in l. ad beſtias. in illis verbis,

verbis. Sed ſi eius roboris, vel artificij &c. ff. de pœn. quem ſingularem dixit Iaſ. in l. 1. n. 11. ff. de legi. & in l. iubemus. C. de iudi. Fort. Garc. in l. 1. n. 64. ff. de iuſt. & iu. Boſſ. in tit. de pœn. ſub n. 8. verſ. maxima etiam. Quam legem adduxiſſe ferũt Azonem, qui, cum propter homicidium in publica diſputatione commiſſum, capite plectendus eſſet; exclamabat ad beſtias. ad beſtias. quod iudicibus ſe ab eo tamquam belluas inſimulari exiſtimantibus, tantùm abfuit, quòd eorum gratiam ſibi conciliaret, vt iram potiùs ad necem vſque concitauerit, vt refert. Andr. Alcia. lib. 9. parerg. c. vlt. & ſcribunt mod. Mutin. in Auth. habita. verſ. veniant, & in eis &c. n. 104. Sed nec deſunt, qui aſſerunt ipſum Azonem a Bulgaro ira accenſo occiſum, Mant. de Viris illuſtr. in ver. Azo. Et quidem Monumentum, quod ei prope turrim S. Seruatij honorificè poſitum extat, illum citra notam vita defunctum indicat, quod in eius vita refert Io. Fichar. in vitis recent. I. Conſul. Sed & illius legis diſpoſi-
2 tionem minùs admiſiſſet Tiberius Cæſar, † cùm enim quiſpiã ei pateram vitream, ac ſummo artificio flexibilem obtuliſſet, ſciſcitatus a quo didiciſſet, & an alterum id docuiſſet, reſpondit ſe ſine auctore didiciſſe, neminemque docuiſſe, ſtatim illum interimi Cęſar iuſſit, eiuſq; officinam aboleri, quòd argenti, aurique metallis, quibus Imp. abundabat, pretia detrahi fortè timeret, auth. Plin. lib. 36. c. 26. & ex noſtris Tiraq.
3 de pœn. temp. cauſ. 50. n. 3. † Sicut etiam iudex poteſt pœnam minuere, vel remittere delinquenti, qui bene de republica meritus ſit. l. non omnes. §. vl. vbi not. ff. de re mil. Roma. ſing. 537. nullus. Iaco. Meno. quæſt. 92. n. 8. & ſeq. facit elegans dictum Baldi in l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de excu. tut. doctorẽ eminentis ſcientiæ facile legum, & ſtatutorum diſpenſationem mereri, quem ſequuntur alij in l. cum quid vbi Alex. n. 6. & Iaſ. n. 12. ff. ſi cer. pet.

Qua ratione Lud. Roma. in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. teſta-
4 tur fuiſſe determinatũ, † ſtatutũ, quo minor quadraginta annis non poteſt deputari ad lecturã ordinariã, non habere locum in doctore valde excellente, quẽ pręcitato loco ſequuntur Alex. & Iaſ. & in ſimili Barba.
5 in rub. de reb. eccl. non ali. col. 3. † ſtatutum, quòd foreſis non poſſit ingredi collegium non procedere in doctore valde docto, & ſequitur Boſſ. in tit. de pęn. n. 9. quod tamen Bononiæ nunquam receptum fuiſſe audiui.
6 † Qui vero dicantur optimi, ac eminentis ſcientię recurrendum eſt ad communem opinionem, arg. l. cum dilanionis. §. alimam. de fun. inſtr. l. nummis. de leg. 3. Imol. & Alex. in l. ſtipulationum quædam. vbi Iaſ. n. 4. de ver. obl. & confert doctrina Innoc. in c. cum in cunctis, quam ſequitur Abb. n. 4. de elect. vbi tres ſcientiæ gradus diſtingunt, ac illos in

ſupremo doctrinæ gradu collocant, qui ſubtiles quæſtiones ſine reuolutione librorum diſcutere, & diffinire norunt, ac in promptu reſponſiones habent, ſed quia vix quiſpiam reperiri poſſet, ideo meliùs ſenſit ibi Dec. eum eminentis ſcientiæ dici, qui ſcit omnes quæſtiones etiam difficillimas cum reuolutione librorũ iure decidere, cui aſſentit Petr. Rebuf. ſup. concord. in tit. de reg. ad prçl. nomi. fac, §. 1. in ver. eminentis ſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Nomen ſibi mutans in fraudem punitur de falſo.*
2 *Nomen, & inſignia doctoris falsò aſſumens qua pęna puniatur.*
3 *Deportationis pœnam hodie in vſu non eſſe.*

PRIVILEGIVM LII.

Doctoris nomen, & inſignia falsò aſſumens pœna falſi, vel extraordinaria punitur.

SIcut is, qui in fraudem alterius ſibi nomen mutare audet, pœna falſi punitur, vt dixit Bar. in l. falſi. in fi. ff. de falſ. & Bal. in l. 1. C. de muta. nom. & in ſpecie de cõtrahente, qui id dolo effecerit, dixit idem Bal.
2 in rub. C. de fi. inſtr. & Feli. in proe. Decret. n. 37. † Ita Doctoris nomen, & inſignia, quæ virtutis præmia ſunt; ſibi falsò aſſumens falſi pœna plectendus eſt, ad tex. in l. eos. §. qui ſe pro milite. vbi Bar. id not. ff. ad leg. Corn. de fals. & idem in l. reddatur. C. de prof. & med. lib. 10. & in tract. de inſigni. & arm. in prin. Roma. ſing. 721. Bolog. in aut. habita. n. 40. C. ne fil. pro pa. Alex. con. 50. lib. 3. Rui. con. 99. n. 16. lib. 1. Boſſi. in tit. de falſ. n. 131. Iaco. Meno. caſu 318. n. 20. & And. Tiraq. de nobil. c. 13. n. 2.

Quod tamen verum eſt, ſi is faciat actum quempiam ad doctorem ſpectantem, ad tex. in l. quiſquis. C. de aquæd. lib. 11. nam ſi verbo tantũm id ſibi aſcripſerit, extra ordinem punietur, addit. ad Bar. in d. §. qui ſe pro milite. Bal. in l. qui ſub prætextu. in fi. C. de ſacr. ſa. eccl. & dictis locis ſequũtur Tiraq. n. 4. & Menoc. n. 19. qui præterea declarauit, quo
3 cunque caſu hodie iudicis arbitrio puniendum eſſe, † cùm deportationis pœna, quæ vltra publicationem bonorum hominibus liberis de falſo damnatis olim infligebatur; hodie in vſu non ſit, ſed eius loco arbitraria ſucceſſerit, vt reſp. Alex. con. 55. n. 1. lib. 7. Corn. 175. col. 3. lib. 3. Rolan. 38. n. 15. lib. 1. & Iul. Clar. in §. fi. q. 67. verſ. deportatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo doctores præferuntur tribus non doctoribus.*
2 *Teſtimonium doctoris ſupplet dictum conteſtis inhabilis.*
3 *Teſtificari poteſt aduocatus in his, quæ facile per alios probari non poßunt.*
4 *Teſtis eſſe poteſt aduocatus in inſtrumento tranſactionis, vel ſimili, & pro illius executione agere.*
5 *Teſtificari quo caſu aduocatus poſſit contra ſuum principalem.*
6 *Aduocatum non teneri propalare ueritatem ſibi confiſam etiam ſtantibus literis monitorijs.*
7 *Aduocatus an poſſit eſſe index in cauſa, in qua fuit aduocatus.*
8 *Fideiubere an poſſit Aduocatus pro ſuo clientulo.*

PRIVILEGIVM LIII.

Doctori in teſtimonio ferendo plus fidei defertur, quam alij, ſuique conteſtis dictum adiuuat.

1 IN teſtimonio quoque ferendo tanta fides Doctori tribuitur; † quòd
ſi ſint duo teſtes Doctores ex vna pręferantur tribus ex altera, & for-
ſan quatuor, ita Bolog. in Auth. Habita. nu. 63. C. ne fil. pro pa. Teſtium
namq; dignitas numero præferenda eſt, digniores verò nobilitate, æta-
te, atque ſcientia exiſtimandi ſunt, c. in noſtra præſentia. vbi gloſ. & alij
2 not. de teſti. Quare etiam receptum eſt, † Doctoris teſtimonium ſup-
plere dictum ſui conteſtis inhabilis. Alex. con. 78. lib. 1. & con. 24. nu.
16. lib. 2. Anto. Gabriel. in tit. de teſti. concl. 5. n. 7. & Cæſ. Lamber. de
iu. patr. arti. 6. prima. q. prin. 1. par. 1. lib. n. 23.
Sed hic non intempeſtiuè ſubijci poteſt, Aduocatum, qui aliàs ani-
mum ſuum in cauſa propalando repellitur a teſtimonio ferendo, l. fi.
3 de teſti. c. Romana. eo. tit. lib. 6. Bar. in l. deferre. ff. de iu. fiſci. † in his,
quæ facilè per alios probari non poſſunt, in teſtem pro ſuo clientulo ad
mitti, Ita Ioa. And. in addit. ad Spec. in tit. de teſte. §. 1. col. 24. Arer. con.
13. col. 7. verſ. præterea ſicut iſte teſtis. Aym. Crauet. con. 64. n. 13. Ioa.
Cāpeg. de teſtib. reg. 58. Itē quando pars aduerſa cōſenſit, ex quo per ta
lem conſenſum purgatur præſumptio affectionis, quæ eum repellit, d.
4 l. fi. ff. de teſti. ita Bar. in d. l. deferre. & Paris. con. 70. n. 10. lib. 4. † Ad
mittitur etiā in teſtē in inſtrumēto trāſactionis, vel ſimili, ſicut etiā pōt
eſſe aduocatus, cū agitur pro illius executione, ſed ſi dubitet de viribus

inſtrumenti teſtificari non poſſet vt not. Abb. in c. ex literis col. 1. de tranſ. & ſic mirabile videtur, quòd vox iſtius aduocati deſcripta facit fidem etiam tempore aduocationis, & vox ſua viua non admittitur.

5 † Poteſt etiam eſſe teſtis contra eum pro quo eſt aduocatus. Feli. in c. cũ à nobis. col. fi. verſ. idem ſi produceretur. de teſti. Guido pa. q. 45. Pute. deciſ. 56. lib. 3. Pariſ. d. con. 70. n. 4. lib. 4. nam & hoc caſu ceſſat ratio affectionis.

6 Idque procedit in his, quæ ſcit vt priuatus, † non vti Aduocatus, vt quia pars reuelauit, Card. in c. inſuper. circa fi. de teſti. & declarat Campeg. d. reg. 58. ſi enim reuelaret ea, quæ illi a ſua parte occaſione officij confiſa ſunt, prçuaricator falſique reus diceretur, Spec. in tit. de aduoc. §. nunc tractemus. col. fi. verſ. caueat. Bar. in l. 1. §. ſi is qui. ff. de falſ. Summa Angel. in ver. falſarius. Roſel. in ver. aduocatus. §. 11. & ibi Silueſt. §. 10. Quin etiam ſtantibus literis monitorijs, quæ in occultis concedi ſolent, aduocatum eo caſu excuſari dixit poſt Neuiz. quem allegat Petr. Foller. in praxi crim. cano. par. 2. c. 8. n. 33. fol. mihi 121. namque aduocato ad inſtar medici, & confeſſarij rei veritas pro palanda eſt, vt inquit ſpec. in d. §. nunc tractemus. in prin. & Iaſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. In his igitur quæ priuatim ſcit, cogi poterit ad teſtificandum ſi veritas aliter haberi non poteſt, ſicut etiam Iudex, ne veritas occultetur, poteſt nominari in teſtem, alterq; eius loco ſubrogari, c. dilecto. de teſti. Bar. in d. l. deferre. in fi. addit. ad Guidopa. d. q. 45. et in cauſa criminali, vt notat Andr. Sicul. in d. c. dilecto. in 2. col. & Campeg. prçcit. loco. reg. 59.

7 † Qui verò aduocatus fuit in eadem cauſa iudex eſſe non poteſt, l. prçtor. ff. de iur. om. iud. quod procedit ſi is propalauerit animum ſuum circa deciſionẽ illius cauſç, aliàs ſecus, ita poſt Innoc. docuit Abb. in c. irrefragabili n. 4. & Feli. n. 9. de off. ordi.

Sed antequam ab hac ſecunda parte abeamus, non inutile erit annotaſſe,
8 † Aduocatum alioquin, vt diximus, fide dignum pro ſuo clientulo fideiubere non poſſe, vel debere, ne forte litis redemptor videretur, ad l. remunerandi. § Maurus. ff. mand. quem textum ad id commendat Bal. in c. ex parte. n. 4. de poſtul. Boer. quæſt. 315. n. 2. in fi. quòd ſi à partibus requiratur fideiubere de iudicio ſiſti, vel iudicato ſoluendo illum excuſari puto, per ea quæ notant Boer. præcit. loco. Petr. Foller. in prax. crimi. cano. par. 2. c. 12. n. 17. fol. 170. & Rebuf. de ſent. execut. tomo 1, art. 1. gl. 16. n. 21. Namque aduocatus, vel procurator deinde ſoluens cauſam deſereret, vt poſt Paul. de Caſtro quem allegat, dixit Hypp. in rub. de fideiuſſ. n. 347. Nec pars eos acceptare tenetur, eſſet enim difficile aurum ab eis extrahere, vt inquit Rebuf. dicto loco.

IACO-

IACOBI BENII
IVRECONSVLTI
EVGVBINI

DE PRIVILEGIIS
I. CONSVLTORVM
PARS TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Ordo concordiam alit.*
2 *Antiquior doctor regulariter præferendus eſt.*
3 *Ingenium diuturna lectione extolli, ac ætate perfici.*
4 *Antiquiorem gradu intelligi.*
5 *Nobilis genere cæteris paribus anteferendus eſt.*
6 *Doctor qui libros compoſuit cęteris paribus eſt gratificandus.*
7 *Doctoratorum eodem tempore quis præferendus ſit.*
8 *Licentiatus primo an præferatur doctorato medio tempore.*
9 *Scholaſticus ad inſtar athcletæ ter examinatur.*
10 *Licentiatorum duas eſſe ſpecies.*
11 *Licentiatus quo caſu pro doctore habeatur.*
12 *Doctor petens ſe admitti in Collegium, ſi aliorum inuidia fuerit retardatus, præfertur ijs, qui interim fuerunt admiſſi.*
13 *Licentiatus, vel Baccalaureus, qui ſe Doctorem nominauit, non facit gratiam ſurreptitiam.*
14 *Licentiatum in Gymnaſio Peruſino poſtea doctorato præferendum non eſſe.*
15 *Electum ad Epiſcopatum epiſcopalia exercere non poſſe.*
16 *Ciuitas interficiens electum non incidit in pœnam interficientis epiſcopum.*
17 *Doctoratus a Papa, vel Imperatore quo caſu ſit præferendus.*
18 *Legatum factum alicui cum doctorabitur, intelligi pręcedente examine.*
19 *Doctoratus a Papa, uel Imperator non præcedit antiquiorem nominatum.*
20 *Theologum cæteris præferri ratione nobilioris ſubiecti.*

Canoni-

21 *Canoniſtam præferri Doctori iuris ciuilis.*
22 *Finis iuris Cæſarei eſt bonum publicum, iuris Pontificij fælicitas animæ.*
23 *Doctor vtriuſque iuris an præferatur habenti vnum gradum.*
24 *Statutũ Salamantinũ quòd licentiatus, vel graduatus in illâ Academia præferatur graduatis, vel licentiatis in alia Vniuerſitate intelligi data graduum paritate.*
25 *Doctor utriuſque iuris, qui tamen canones ignoret, non præfertur Doctori iuris Pontificij.*
26 *Doctor in uno gradu de conſuetudine præfertur Doctori in utroque.*
27 *Conſuetudo in prælationibus attendenda eſt.*
28 *Doctor publicè docens quando præferatur antiquiori.*
29 *Doctor quia diutiùs legerit, & maiora ſtipendia habeat, alijs præponitur.*
30 *Doctor iunior, & doctior quo caſu antiquiori præferatur.*
31 *Ciuẽ mediocrẽ nobilis ciuitatis præferri ciui nobili mediocris ciuitatis.*
32 *Iulij Cæſaris dictum.*
33 *Conſiliarius* Principis *præcedit doctorem antiquiorem.*
34 *Fiſci aduocatum alijs præferendum eſſe.*
35 *Fiſci aduocatus à quo primùm fuerit inſtitutus, eiuſque prærogatiuæ.*
36 *Cardinales reſidẽtes apud Pontificẽ digniores eſſe, nõ tamẽ Cardinali Legato.*
37 *Conſiliarius Principis in collegio exiſtens uti doctor ſedere debet.*
38 *Epiſcopus canonicus canonici locum habere debet.*
39 *Scholaſticum eruditum doctori indocto quandoque præferri.*
40 *Gloriæ ſundamentum eſt humilitas.*

QVONIAM de IurisConſultorum prælatione ad alios literarũ, & militiæ profeſſores hac Tertia Parte nonnulla annotauimus, conſentaneum viſum eſt, aliqua de prælatione, ac ordine inter eos obſeruando
1 præmittere † Ordo etenim concordiam alit, vt ex ſententia D. Gregorij dixit Gratia. in c. fi. 89. diſt. quod vtique fiet, ſi reuerentiam minores potioribus exhibeant, & potiores minoribus dilectionem impendant. Qua de re non ſine ambitionis nota fuſius noſtri pertractarunt in c. clerici, de iudi. & in l. cum quid. vbi Socci. de ſe ipſo fatetur, ff. ſi cer. pet. & de Alexandro aduersùs Barth. Cæpol. teſtis eſt Feli. in rub. de maior. & ob n. 3. & habetur in addit. ad Dec. in d. l. cum quid. in ver. preferri. Alcia. reg. 1. præſ. 45. Petr. a Duen. reg. 208. & latiſſimè Barth. Caſſen. in cathal. gl. mun. par. 10. conſid. 26. & ſeq.

2 Omnes igitur illud regulare poſuerũt, † Seniorẽ, & antiquiorẽ præferendũ eſſe, ad tex. in l. 1. vbi not. ff. de albo ſcrib. & in l. 1. C. de conſul. lib. 12. Indecorũ namq; eſſet, quod noui antiquis præirẽt c. ſtatuimus.

61. diſt.

61.diſt.& antiquiorē melius veritatē agnoſcere iurē prēſumitur, quinimò iuniori dubia ſemper adhibetur fides, etiam ſi rectè conſulat, Seneſcente enim corpore ſpiritus ad altiora conſcendit, c. 1. vbi Bal. de renunc. & plus valet vmbra ſenis, quàm ſcientia iuuenis, vt dixit idem Bal. in c. penult. eo. tit. & recenſet Feli. in c. ſi qui teſtium num. 6. de
3 teſti. † Ingenium namque diuturna lectione extollitur, ac ætate perficitur, Nec viribus, aut velocitatibus (authore Tullio de Senect.) res magnæ geruntur, ſed conſilio antiquorum, & ſcientia, quibus non orba-
4 ri, ſed augeri ſolet ſenectus. † Antiquior autem non ætate, ſed gradu accipiendus eſt, c. ſtatuimus, & ibi Gemi. n. 11. de mai. & ob. gl. in c. fi. in ver. antiquiores. de conſuet. lib. 6. & communiter doct. in d. l. cum quid. vbi Dec. n. 7. verſ. & antiquior. vt in doctore collegiato dixit Roma. in l. ſi verò. §. de viro. n. 85. ſol. mat. & Tiraq. de Nobil. c. 10. n. 11.

Hęc autem concluſio procedit etiam, ſi poſterior ditior eſſet, vel nobilior, quia iſtæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis, vt poſt alios Dec. in d. l. cum qui d. in prima ampl. quod & vſu obſeruari ple-
5 runq; videmus, † etſi cæteris paribus nobilis genere præcedere debeat, obſcurius nato. Bal. in l. nemini. per illū tex. C. de adu. di. iud. Salic. in l. furioſi C. de nupt. Feli. in rub. de mai. & ob. n. 2. & Curtil. de Nobil.
6 par. 3. n. 108. Sicut etiam cæteris paribus † is, qui libros cōpoſuit, præponendus eſt, vt ad effectum nominationū docuit Petr. Rebuf. in tract. nomina. q. 21. n. 49. cum nō modò ſibi laboret, ſed omnibus exquirentibus veritatem, quod vigiliarū plenum, ſudoriſque negocium eſt, Luc. de Penn. in l. mulieres. col. pen. C. de dignit. lib. 12. Quare etiā ſcripſit
7 Bar. in l. 1. per illum tex. ff. de obſ. a lib. præſt. quòd † ſi eodem tempore aliqui doctorentur, conditiones alię ætatis, & nobilitatis conſiderandæ ſunt, quem ſequitur Dec. in c. conſtitutis. n. 6. de appel. nam etſi magis commendandus eſt, qui ſua ſponte nullo maiorum exemplo virtutis viam arripuerit, nobilior tamen magis honorandus eſt, quaſi duplici dignitate cohoneſtatus ſit, vt ſcripſit Hoſti. alioqui nobilitatis contemptor in c. venerabilis. in ver. non multos. de præben. & Tiraq. de Nobil. c. 6. n. 7.

8 Quod & † in prius licentiato procedere non pauci volunt, vt is doctorato medio tempore pręferendus ſit, ita ſcripſit Angelus in §. quædam. num. 19. Inſt. de action. quem multi ſequuntur, quos recenſet Antonius Gabriel. in tit. de maior. & obed. concluſ. vnica. & ideo non ſemel ex facto euenit, vt maxima pręlationis controuerſia inter doctores eiuſdem patriæ orta ſit, quod Ferrariæ inter Riminaldum Iuniorem, & Ioannem Roncheg. alioſque interim laureatos eueniſſe refert idem Riminald. Inſtit. tit. quibus ali. licet, vel non. n. 100.

Egoque

Egoque proximis annis Peruſij,dum ibi ſtudiorum cauſa eſſem inter
nonnullos Spoletanos euenifſe vidi. Contrariam tamen ſententiam
amplectendã arbitror,quam tenuit D. Simon de Burſ. Card. Mediol.
in proe. 6.Roma. con.333. Iaſ. in l.cum quid n.16. & Dec.n.17.ſi cer.
pet. Iaco. Rebuf. in l.1. C.de conſul. lib.12.Feli.in proe.Decret.n.18.
Alcia.reg. 1. præſump. 45. n.2. & reſp. 722.Iaco. Meno. de arb. iud.
caſu 379. n.17. Rui.con.19. n.15. lib. 1. & latè Grat.con. 116. lib. 2.
Namque omiſſis ijs,quæ ad l.1.in qua tota vis.C.de Conſul.lib.12.re-
9 ſpondent Dec. Alcia. Rui. & Signor. con.51.† Scholaſticus ad inſtar
atheletæ ter examinatur. Primò a Doctoribus præſentantibus, l.nemi-
ni C. de adu. di. iud. Secundò in priuato examine. Tertiò in publico,
in quo ſuperioris decreto vt Epiſcopi, vel eius Vicarij opus eſt, vt docet
Bar.in l. magiſtros. C.de prof.& med.lib.10.& in l.vni.C.de athel.eo.
10 lib. † Et ideo duæ licentiatorum ſpecies a noſtris aſſignari ſolent, ſunt
enim qui ſimpliciter licentiantur,vt poſſint deinde in publico examine
nomen,& inſignia doctoris aſſumere, Aliqui verò facto de ſe periculo
coram collegij doctoribus,ab ijs licentiantur,& laurea digni commen
dantur,quibus forſan acceſſit ſuperioris licentia ad doctorandum, vel
etiam ad docendum, vt in quibuſdam Vniuerſitatibus fieri aſſerit Pur-
pur. in d.l. cum quid n.71. inſignia verò aliqua de cauſa ſunt omiſſa,
Ita poſt Signor.& Alcia. docuit Ioa. Bolognet. in d. l. cum quid.n. 371
11 †& hoc caſu,cùm is Doctor effici meruerit,etſi inſignia collata nõ ſint,
quæ qualitatem extrinſecam potiùs, quàm rei eſſentiam præſeferunt,
Angeli, & aliorum ſententiam ſequerer. Hinc propterea infert Paulus
Picus in d.l. cum quid. quem ſequitur Andr. Alci.d. præſ. 45. num.9.
12 †Quod ſi aliquis doctor petierit ſe admitti in collegium,& propter in-
uidiam aliquorum fuerit retardatus, quòd nihilominus debet præfer-
ri illis,qui interim dum ipſe pulſat ad oſtium,fuerunt admiſſi, ex quo
ſtatim recipi debuit, quod facit ad ea, quę diximus ſupra priu. 10. Et
huiuſmodi Licentiatum cenſeo ſacrum Concilium Trident. in multis
(vt ſupra in beneficialibus annotauimus) Doctori æquiparaſſe,cùm ea-
dem doctrinę ratio militet in vtroque, & præſertim in Licentiatis ab
Vniuerſitatibus Galliæ,atque Hiſpaniæ, in quibus iſte gradus Licentia-
turæ ſeparatim vt plurimum dari ſolet, vt inquit Ludo.Gomeſ. in reg.
de anna. poſſe.quæſt. 36. & ij ſine dubio in fauorabilibus pro Doctore
habendi ſunt,ad tex. in l.pen.de mil.teſt. & in l. filiæ licet. n. 8. C. de
collat. Rolan. con.11.n.19. lib.2. Qua ratione reſolutum fuiſſe refert
13 Caſſad.deciſ 7.de Conc.præb. † Gratiam illius qui nominauit ſe do-
ctorem, & probauit ſe licentiatum, aut Baccalaureum, non cenſeri ſur-
reptitiam,ex quo Papa non fuiſſet difficilior ad concedendum, niſi ta-

men

men daretur concurſus graduatorum, vt ibi per eum. In odioſis verò, & pœnalibus doctorum appellatione Licentiati non cõprehenduntur, Bal. in l. 1. n. 24. ſol. matr. qui propterea dixit eos non includi, ſi Epiſcopus excommunicet omnes doctores non diſputantes. Cæterum quia iuxta generalem doctorandi morem in Italia in publico Licentiati ſtatim doctorantur, vix caſus in illis euenire poſſet, ſed ſatis conſtat aliter
14 licentiatum, vt † in Gymnaſio Peruſino, interim laureato præferendũ non eſſe, is enim coram aliquibus tantùm facto de ſe periculo idoneus approbatur, vt ſe publico examini coram Collegio committere poſſit, quę licentia ab illis conſtitutionibus approbatio dicitur, vt per Bar. in d. l. magiſtros. & is Scholaſtico proximior eſt, quàm Doctori, neq; doctoratus dignitatem promeruiſſe dici poteſt, cùm adhuc in publico examine repelli poſſit, Abb. in c. cum ſecundùm. n. 14. de præb. & Grat. d.
15 con. 116. qui in ſimili adduxit † Electum ſimpliciter ad epiſcopatum, & non conſecratum non poſſe epiſcopalia exercere, c. tua. de his quæ fiu. a præl. & c. noſti. vbi Abb. in 2. notab. de elect. quod tamen intelli-
16 gas iuxta doctrinam Decij in c. cum te. in prin. de reſcrip. † Quare etiã ciuitas interficiens electum nõ incidit in pœnã interficientis Epiſcopũ, de qua in clem. 1. de pœn. Bar. in l. 1. ff. eo. tit. Bal. & Roma. in l. ſi non dum. col. fi. C. de furr. & declarat Couar. var. reſol. lib. 2. c. 8. in fi.

Communi igitur concluſione retenta, quòd antiquior præferatur.
17 Declaratur primò, non habere locum † in iuniore à Sum. Pontifice, vel Imperatore doctorato, iux. gl. in l. reſtituendæ. in ver. conſecuti. C. de adu. di. iud. quam ſequuntur Alex. in l. 2. §. ſi priùs. de vul. & pu. Aret. in c. per tuas. vbi Feli. n. 3. de maior. & ob. & fuit dictum Franc. Tigri. in l. 2. per illum tex. de albo ſcrib. quod poſt Barba. ſequitur Dec. in d. c. clerici. n. 5. de iudi. & Caſſen. in cathal. glor. mun. par. 10. conſid. 37. quod tamen intelligunt, ſi cum rigore examinis lauream fuerit conſecutus, ſecus ſi ſimplici verbo, vt alibi notat Barb. in procem. Clem. col. 14. per textum in l. nemo. C. de adu. di. iudi. Maria. Socci. in c. qualiter. il 2. in 3. not. de accuſ. & Iaſ. in l. ſi quis maior. n. 31. C. de tranſ. facit quod ſcriptum reliquit Ang. in l. fi. per illum tex. C. de his qui ven.
18 imp. † Legatum factum alicui cùm doctorabitur, intelligi præcedente congruo examine, nec deberi ſi à Principe ſolo verbo crearetur, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis maior. num. 30. Hęc tamen declaratio Siculi Socci. & aliorum magis æquitati conſonat, quàm iuris rigori, ſecundùm Dec. in d. l. cum quid. n. 11. vis enim in ipſa dignitate conſiſtit, quæ à principe ſolo verbo conferri poteſt, vt not. Ang. in l. 1. C. de ſent. paſſ. Tum etiam quia talis prærogatiua conceditur dignitati, quo caſu exercitium non conſideratur, vt not. Bal. in l. qui ſub prætextu. C.

de ſacr. ſan.eccl.Hier.Cagn.in d.l.ſi quis maior.n.169. Aret. in d.c.clerici.& ibi Dec.n.6. quibus tamen ſatisfacit ibi Feli. inquiens hanc prærogatiuam nō concedi ob dignitatem ſolùm,ſed principaliter ob ſcientiam,quare ſi Doctor factus à Principe ſine examine doctus reuera ſit, & cęteros iure pręcedere,& legatum aſſequi arbitrarer,ad not.per Bar. in l.1.n.29.C.de dign.lib.12.Idē eſſet in Comite Palatino,ſi ei ſpecialis auctoritas doctorandi aliquem data eſſet à ſuperiore, ſecus ſi generaliter tribuatur,ad tex.in c.hi qui.de præb.lib.6. vel etiam ſi expreſsè tribuatur,cum illa prærogatiua, quæ eſt in Papa, vel Imperatore, vt not. Bal.in l. cùm filius.ff. de teſt.mil.& in ſimili Alex.con.67. n.6. verſ.ad prædicta etiam.lib.1.& not.Dec.in d.c.clerici.ſub n.6. Quibus etiam
10 addendum eſt † doctoratum à Papa,vel Imperatore,etiam cum rigore examinis non præferri antiquiori nominato ad beneficium, eſt enim illi ratione temporis ius quæſitum, cui princeps non videtur velle derogare, ad l.nec auus.C.de emanc. lib.l.ex facto.de vul. & pu. & docuit Petr.Rebuf. in tract. nomin.q. 21.n.21.

Declaratur ſecundò,vt procedat in Doctoribus eiuſdem facultatis,
20 ſecus ſi diuerſæ exiſtant, Ideo † Theologus quamuis iunior ratione nobilioris ſubiecti cæteris dignior reputatur,vt poſt Ioan.Andr. Card. & alios not. Abb.in d.c. clerici. n. 3. eſt enim Theologia ſcientiarum
21 omnium ſuprema, Bal.con.52. literis. col. 1. lib. 5. † Et Doctor ca-
22 nonum præfertur Doctori iuris ciuilis, quia † ſcientia iuris ciuilis reſpicit ſimpliciter bonum publicum, ſcientia verò iuris canonici dirigitur non ſolùm in communem hominum vtilitatem, ſed etiam in Deum, & animarum ſalutem, cap. vt animarum periculis. de conſtit.& not. glo.in cap. cum contingat.de iureiur. Fortu. Garc. de vlt. fine Iu., in princ. quę ſanè corpori præferenda eſt, l. ſancimus. C. de epiſc. & cler. adeo vt Doctor iuris Pontificij, vel Theologus ſupremo Iuriſconſulto ſit præferendus, vt poſt Barba.in d. c. clerici. dixit Dec. ſub.n. 10.

Declaratur tertiò non habere locum in Doctore iuniore habente
23 plures gradus, Ideo † Doctor vtriuſquè iuris præfertur habenti vnum gradum,ad tex.in c. 1. de treu. & pa. l. fin. C.de adopt. gl. in cap. placuit. 16. diſtin.cum adductis per Tiraq. de Nobilit. c. 5.num. 8. Qua-
24 re etiam Iaco. Put.deciſi. 350. lib. 2. refert fuiſſe deciſum † Statutum Salamantinum,quo cauetur Licentiatum in ea Vniuerſitate præferendum eſſe Doctoribus,vel Magiſtris graduatis in alijs Vniuerſitatibus; non habere locum, ſi is licentiatus ſit in vno gradu tantùm, Doctor verò in vtroque, ſed data graduum paritate, ex quo enim tale ſtatutum eſt contra ius commune,quo attento antiquior præfertur, interpretari debet,vt minus lædat, & ideo Doctor Canonum, & Theologus ſimul

ſimplici

ſimplici Theologo pręferetur, & iuris vtriuſque doctor ei, qui in vnò tantùm gradu laureatus eſt, Hoſt. & Abb. in c.1. de conſ. & affi. Dec. in c. conſtitutis. n. 7. de appel. Iaſ. in l. cohęredi. §. qui diſcretas. de vul. & pup. & conſ. 192. n. 2. verſ. moueor. lib. 2. & Iaco. Meno. con. 126. n. 11. lib. 2. qui idem annotauit in Doctore, & Milite ſimul, vt per Alex. in l. Centurio. col. 5. verſ. adde tamen. de vul. & pu. Dec. in d. c. clerici. ſub num. 8. & con. 161. verſ. tertiò conſiderandum eſt. & Caſſen. in cath. glo. mun. par. 10. conſid. 27. Prædicta verò declarat Dec. vt procedant, quando in vtroque gradu concurrit etiam alter gradus, cui ſit comparatio, vt patet in ſupradictis caſibus, ſecus ſi de duplici gradu comparatio fiat ad vnum gradum, qui ſit potentior vtroque ſimplici, quia tunc ille gradus vnicus prævalet, vnde Theologus iuris vtriuſque Doctori præfertur, & Canoniſta illi qui in legibus, & artibus doctor
25 ſit, ſolus enim gradus canonum potentior eſt. † Quòd ſi quis in altero ſtuduerit, & in vtroque promoueatur, vt ſunt ij, qui doctorantur in iure pontificio, qui tamen prorſus canones ignorant, per hoc non debent pręferri Doctoribus iuris canonici, ex quo gradus ille inualidus eſt, Barba. in d. c. clerici. Petr. de Anch. in c. 1. col. 2. de paroch. Ioan. Staphi. de prærog. expect. §. ſecundò principaliter dubitatur. n. 21. & ad effe-
26 ctum Nominationum notat Petr. Rebuf. de Nomin. q. 5. num. 9. † Licet plerunque videamus antiquiorem in vno gradu præcedere laureatum in vtroque, ac inter Iuriſconſultos, & Medicos, nulla habita ratio-
27 ne facultatis antiquiorem pręferri. † Quæ conſuetudo in prælationibus non parum attendi ſolet, c. cum olim. de conſu. Bal. in l. obſeruare. §. antequam. ff. de offic. proc. & tradit Rebuf. præcit. loco. q. 19. num. 52.

Declaratur quartò, vt regula procedat in honoribus delatis, ſecus in deferendis, ad quos non antiquior, ſed magis idoneus promouendus eſt, Bar. in l. 2. §. ſi priùs. de vul. & pu. ad tex. in l. honores. in prin. de decur. & facit optime l. vnicuique. Ibi, niſi fortè ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione ſuperetur. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12. & ſequitur Abb. in d. c. clerici. vbi Dec. num. 9. de Iudi.

28 Declaratur quinto, vt non procedat † in Doctore legente, qui antiquiori præfertur, arg. l. 2. vbi Ioan. à Plat. id not. C. vt dign. ordo ſeru. lib. 12. Andr. de Baru. in l. 1. C. de conſul. eod. lib. Alex. in l. cum quid. ſub n. 8. & in d. §. ſi prius. n. 8. Purpur. in l. quicunque. n. 290. ff. de offi. eius. Boer. de auct. mag. con. n. 91. Silua. con. 88. n. 29. lib. 2. præſertim ſi per vicenniũ publicè docuiſſet, ad not. per Bar. in l. vni. C. de prof. qui in ur. conſt. lib. 12. & nos diximus ſupra prin. 14. Id verò in ordinario legente intelligit Dec. in d. l. cum quid. n. 19. Indecens namque eſſet,

vt qui de nouò tale munus ſuſcepiſſet, puta lectionis Inſtit. antiquiori
29 præiret,& ſequitur Petr.Caleſ. de eques.dign.n. 79. & 90. † Inter legentes verò qui diutiùs legerit, & maiora ſtipendia habeat, præferendus eſt, ad l.2. ibi, vt is gradu cęteros antecedat, quem meliora ſtipédia, vel labor prolixior fecerit anteire. C.de offic.mag.offic. Alex. in d.§. ſi priùs. & in l.cum quid. vbi Iaſ. n. 13.Dec. n.19.& idem in c. clerici. n. 10.Caſſen.d.par.10. conſid. 27. & concludit Alcia.d.præſ. 45. n.6.
30 Declaratur ſexto non procedere † in doctore iuniore, qui doctior eſſet antiquo, vt arguit gl.in §. ordinationem.in ver.tempus. & ibi Bar. & Ang. in Auth. de monach. Salic.in l.prouidendũ.C.de poſtul.Alex. in d.l.cum quid.vbi Dec.n.20.qui iuxta ea, quę ſuperiùs diximus, id intelligit in noua promotione, in qua magis idoneus eligitur, non in honoribus delatis: niſi tamen iunior valde excellẽs eſſet, ad tex.in l. ſed & reprobari.§.ampliùs.& ibi Bal.de excuſ. tut. Nec refragatur, quod in ſecunda declaratione diximus, mediocrem Theologum, vel Canoniſtã ſupremo Iureconſulto præferendum eſſe, talis enim comparatio cadit inter doctores diuerſæ facultatis, inter quos ſubiecti differentia conſideratur, Facit elegans dictum Bar. in l. 1. C.de Alex. primat. lib. 11.
31 † Eum qui mediocris ſit nobilitatis in ampliſſima vrbe præferendum eſſe ei, qui tenuioris ſit loci primarius, & ſequuntur ibi Ang. & Plat. Iaſ.in §.item Seruiana.col.4. de acti. Dec. conſ. 283. num. 9. Thom. Gram. con.26. in cauſa matrimoniali. n. 12.& Tiraq. de Nobili.c.12.
32 in prin. † Cui tamen ſententiæ non acceſſit Iulius Cęſar, dum ignobili Alpium vico iter faciens, comitibus ioco percunctantibus num illuc etiam eſſe putaret principatus certamen; Serio reſpondit, Mallem hic primus, quàm Romæ ſecundus, Auth. Plutar. in vita ipſius, & in Roman. Apophteg.
33 Declaratur ſeptimo, vt non procedat † in Conſiliario principis, Angel.in l. 1. de teſta. mil. arg.l.vni. in fi. C. de cad. toll. is enim in pari gradu eſt cum ſenatoribus, l.quiſquis C. ad l. Iul. mai. & probat Iaco.
34 Meno.caſu 68.n.39.Qua ratione & † fiſci Aduocatus gradu antiquioribus pręfertur, Menoc. con.126. num.20.lib.2.& ante illum Caſſen.
35 loco præcit.par.4.conſid.43.† Qui primùm ab Adriano inſtitutus eſt, vt annotauit Bude. in Pandec. ad l.fi.ff. de off. quæſt. cuius prærogatiuę multæ enumerantur à Rebuf. in concord. in rubr. de elect.derogat. in ver. regium Aduocatum.& ad illius prelationem facit tex.notab. in l. 1. Ibi quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. C. de præf. laba. lib. 12.
36 per quem dixit Bal.in rub.de off. præt. † quòd digniores ſunt Cardinales reſidentes in curia apud Pontificem, quàm extra curiam exiſtentes, quem ſequitur, & ampliat etiam in Cardinali Legato, Boer. de auctor.

ctor. mag.conſ. n.6.& Lud. Gomeſ. in comp. vtr. ſigna.n.34. quod tamen de Legato nō admiſit Feli.in d.c. clerici.n.5.cuius ſententiam veriorem puto,cum is Reipublicę cauſa abſit, ad l.Iulianus. §. eum quoque. vbi Bar. ex quibus cau. mai.& facit optimè tex.in l. qui mittūtur. §. quæſitum. ff.eo.tit. & gl.in c.qui malos.23.q.5.& ideo factum a Legato de latere reputatur factum à Papa. c.hi qui.§. 1. de prēben. lib. 6. Crauet. con.177. num.3. Verùm quod de conſiliario diximus limitat

37 Franc. Purp. in l. etſi prętor.num.8. ff.de offic.eius. † Si is in collegio exiſtat, cum ibi vt collegij Doctor, non vt conſiliarius ſit, quemadmo

38 dum † de Epiſcopo canonico,vel eius Vicario dixit ibidem Purp. n. 5. & 6. qui dum ſedent in capitulo vt canonici, canonicorum loco ſedere debent,c. à collatione.vbi gl.de appel. lib.6.& notat Boer. pręcit.loco. n.65. & ſeq.

39 Declaratur octauo, vt non procedat † in Scholaſtico erudito,qui doctori indocto ad honores,& dignitates pręferendus eſt, gl.in l.1. C. de ann. ciuil. lib.11. Bolog.in d. auth. habita.n. 204. Feli.in c.paſtoralis. de off.deleg. Abb.in d.c.clerici.n.3.verſ. & pro hoc facit. qui id intelligit in caſu,in quo non requiritur gradus doctoratus, aliàs ſecus. Vnde teſtatur Barba.in proœ. Clem.in prima lect. nu. 30. fuiſſe quandoque deciſum, Scholaſticum pręferēdum eſſe doctorello, qui ſub eadem data beneficiū impetrauerat, & admiſit Quint. Mando. ad reg.16.canc. apoſt.q. 12.n.2.facit optimè tex.in d.§. ordinationem.in Auth. de monach. coll. prima.& quæ fusè diximus ſupra priu. 29.

Et licet prædictus ordo incedendo, ſedendo, & id genus cęteris obſeruandus ſit, Apoſtoli tamen dogma omnino ſequi debemus, Fraterna charitate inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes: Honor

40 etenim honorantis maximè eſt, teſte Philoſ. † Et fundamentum glorię eſt humilitas, Luc. de Pen. in l.humilioribus. C. de ſuſcept.lib. 10. & pulchrè notat glo.fin. in clem.1. de relig. domi.

SVMMARIVM.

1 *Iureconſultus quo caſu militi ſit preferendus.*
2 *Federici Vrbinatium Ducis laus.*
3 *Miles ualde qualificatus prefertur doctori.*
4 *Eugubina ciuitas,& patria laudatur.*
5 *Ciuitas inſignis quę dicatur.*
6 *Ariſt. locus Polit. lib.7.cap.7.*
7 *Militia an dignitatem,ſiue nobilitatem afferat.*
8 *Scientia animos noſtros diuinitatis participes facit,*

9 Cice-

9 *Ciceronis locus pro Murena.*
10 *Scientiam ciuilem militari diſciplina quaſi inſtrumento vti.*
11 *Platonis locus de legi.lib.6.*
12 *Reges olim creari qua de cauſa cœptũ ſit, & de effectu clauſulæ manu regia.*
13 *Iuſtitiam facere regium munus eſſe.*
14 *Militarem diſciplinam quare Principes magis exercuerint.*
15 *Alexandrum, Iulium Cæſarem, Octauianum, & alios ius dixiſſe.*
16 *Cardinales ius reddere, & regibus æquiparari.*
17 *Cardinali in commiſſione quare non apponatur clauſula, & iuſtitiam faciat.*
18 *Pontificem ſummum ſummæ ſcientiæ eligendum eſſe.*

PRIVILEGIVM LIIII.

Doctor Militi præferendus eſt.

ETſi grauis ſemper fuerit diſputatio an Doctor, vel Miles ſit præferendus, 1 Quia tamen † id Iuriſconſulrorum fauore diffinitum plerunque legimus, inter cæteras eorum prærogatiuas referendum eſt, quod vſu obſeruari in doctoribus Bononiẽſibus dixit Bal.in proœ.Dig. in fi. & Signor. de præced. doct.& milit.n.62. quo loci Lud. Bolog.n. 91. refert id ægrè tuliſſe Federicum Vrbinarium Ducem, dum milites vellet doctoribus præferri, doctorumque partes ipſe defenſaret, atque demũ Alexãdrum (in cuius dictis aurum latitare dixit Galia.in l.Centurio.n.41.de vul.& pu.& doctorẽ veritatis vocat Curti.iun. con.139. n.10.) inſurrexiſſe inquit, qui notabili hac diſtinctione eorum controuerſias ſedauit, Vt nempe in actibus doctoreis Doctor, in militaribus verò Miles anteferatur, ad tex.in l. 1. C.de off. vicar. Verùm in actibus promiſcuis cæteris paribus præferatur Doctor exiſtens ad latus principis, deinde eiuſdem conditionis miles. Tertium verò locum habeát doctores excellentes, qui non ſunt ad latus principis, Quartum etiam mili-
2 res ſingulares, atque in alijs deinde eadem ratio habẽda ſit. † Cuius deciſioni Ducem illum inuictiſſimũ, etſi is ſecties ſigna contuliſſet, octies hoſtem profligaſſet, ac totius Italicæ confœderationis Imperator factus quaſi alter ſuæ tempeſtatis Cæſar omnium præliorum victor extitiſſet; acquieuiſſe refert, quippe qui ſcientiarum quoque vires optimè noſſet, vt literatorum ad eum concurſus, & Bibliotheca Vrbini ab eo extructa ſatis oſtendunt. Eandem ſententiam ſcripſit Alex.in l. Centurio. n. 14. verſ.puro quòd in actibus. de vul.& pu. & quòd in promiſcuis Doctor Militi pręferẽdus ſit, tenuit Bal.in proœ.Dig.in fi.Marti.Land.in tract. de dignit.q.17.Iaſ.in l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pact. Dec.in l. cum quid.ſi cer.pet.& in c.clerici.n.13.vbi Feli.ſub n.5.verſ.item doctor.de iudi. & in rub.de mai.& ob.n.4.Hiſpa.in rub.de donat.int. ui. & vx. §. exiſtis.

exiſtis.n.20.Aret.Inſt.de mil.teſt.in fi.Galia.in d.l.Centurio.n.22. Nicol. Boer.de auct.mag.con.n.45.& pluribus cōprobat Chriſtoph.Lanfran.in tract. vtr. præf. ſit Doc. vel Mil.qui iuxta Alexandri diſtinctio-
3 nem declarat non procedere, † ſi miles ætate, ac virtute, nec non antiqua maiorum nobilitate longè præſtantior eſſet ipſo Doctore, etenim indecorum videretur, doctores valde iuuenes pręire militibus ſenibus, prudentia, ac virtute confectis, ad tex.in l.ſed & milites.ff.de excuſ.tut.
4 † Quales ego quandoque vidi in patria mea Eugubina, quam militaris hæc diſciplina quantùm illuſtret, id obiter dicere ſatis ſit, quòd de anno 1571. quo Turcharum claſſis diuinæ dexteræ potentia, & Chriſtianorum virtute deuicta fuit; viginti militū Duces Eugubini pro fide catholica ſumma cū laude militarunt. Sed & literatos protulit: Fuit olim Petr. Ghienſis, prout videre licet inter conſilia Bart. conſ. 159. quem à Repub. Florentina ad eius decreta reformanda euocatum fuiſſe memorię proditum eſt. Et Antonius de Eugubio, quem tanquam magnū practicum cauſarum in Vrbe ſe cōſuluiſſe refert Gloſſator ad reg. de trien. poſſ., & meminit Gomeſ. ibi, q.61.in princ. Et noſtra ætate fuit D. Fabius Accoramb. qui dum Patauij publicè profiteretur, plures, & quidē ęgregias edidit repetitiones, pluraque ediđiſſet, niſi Rotæ Rom. Auditor effectus, in qua Decanus, & ſexagenarius obijt; iudicandi munere pergrauatus fuiſſet. D. Ioannes Maria Paulotius, quem maximè laudat, atque doctiſſimum iuriſconſultum vocat Ioan. Roncheg. in præf. comment. in tit.de duob. reis. col.3. D. Vincentius Falcutius, qui ob inſignem doctrinam Senator Mediolani creatus fuit, de quo meminit Plot. in l. ſi quando. C. vn. vi. Et hodie D. Petrus Epiſc. Aquen. qui eiuſdem ciuitatis Senator, & generalis Oeconomus à Rege nominatus eſt. D. Hieronymus Gabrielius Aulæ Conſiſtorialis Aduocatus clariſſimus, quod eius reſponſa ſatis declarāt. D. Vincentius Baldinatius in beneficialibus cauſis in Vrbe Aduocatus primarius, de quo pluries meminit Rota Rom. D. Chriſtoph. Pamphilius vir in regione noſtra maximi nominis, cuius doctrinam, ac integritatem, dum is Conſiliarius Illuſtriſſimi Vrbini Ducis exiſteret, laudat Horat. Lut.de priu. ſchol.pri. 27.circa fi. Inter medicos fuit Hiero. Accoramb. Fabij pater, qui in Academia Patau. primarius ꝓfeſſus eſt, & ſcripſit de putred. de cathar. & de vſu & nat. lact. quē recēſet Tiraq. de Nobil.c.31.& hodie Abbatius, qui ſcripſit de Theriaca, & Mitrid.de vip.nat.atq; de rerū Hippocr.diſquis. Ex Theologis Reuerēdiſs. Auguſti. Steuchus linguarū ſciētia apprimè eruditus, qđ pręter cętera eius monumēta, illud ſanè atteſtať de Perēni Philoſophia, necnō in Geneſ. atq; in Pſal. ęgregia enarratio. Iulius Gabri. qui, etſi immatura morte ꝑreptus, præter multa Xenophōtis quoq;

Cyripædiam, Plutarchi libellum ad Harclanum, & Diui Gregorij Nazianzeni orationes è Græco ſermone in latinum elegantiſſimè conuertit, atque in eaſdem ſcholiā addidit. Et Paulus Benius frater meus, qui inter cæteras, quas aggreſſus eſt, lucubrationes, Commentarios edidit in Timeum Platonis, In quibus præter linguarum cognitionem non vulgarem, ſic naturalis Platonis philoſophia explicatur, & cum Ariſtotelica comparatur, vt ea quoque enodentur, in quibus hi duo philoſophi inter ſe conſentiant, ſiue diſſentiant, atque etiam in quibus idem Plato cum Chriſtiana veritate aut cōuenit, aut ab eadem aberrat. Adeo
5 vt alijs omiſſis † inſignis ciuitas dici facilè poſſit, ad tex. in c. ſtatutum.
6 vbi gl. & alij in ver. copia peritorum. de reſcrip. lib. 6. quod & antea † inſinuauit Ariſt. Polit. lib. 7. c. 7. eam nempe ciuitatem nobilem dici quæ viros ſcientiarum ingenio, & militari diſciplina celebres dedit: Sed & Epiſcopali dignitate multis ab hinc annis ornata eſt teſte D. Hiero. ad Euand. vt habetur in c. legimus. Ibi ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopolim, ſiue Regij. 93. diſt. & in c. fi. de conſecr. diſt. 1. & Eugubinos prouidos dixit Bar. in l. placet. n. 5. C. de ſacr. ſa. eccl. eorumq; antiquam nobilitatem non parū teſtatur lapis perantiquus Fulginię grādioribus literis pręter alia ita inſculptus. IGVVINORVM (ſic enim priſci dicebantur) SPLENDIDISS: ORDO FO: FLAM: CVIVS DEDICAT DECVR: quem annotauit Paul. Manut. in Orthogr. in ver. Iguuiū. & Leonard. Malaſp. ad Atticū. lib. 7. epiſt. 13.

Sed, vt iam ad inſtitutum redeamus, pręfatam Alexādri ſententiam
7 præter alia comprobant noſtri, quòd † militia neque dignitas ſit, neque nobilitatem afferat, ad tex. in l. ſi quis in conſcribendo. ibi militiæ, vel dignitatis. C. de pact. & in l. fi. ibi in quibus non militia, ſed dignitas. C. qui milit. poſſ. lib. 12. & in l. nullus. ibi militiæ, vel generis, aut dignitatis defenſione. C. ad l. Iul. maie. ob alternatiuam appoſitam, quæ cadit inter diuerſa. gl. in rub. ſi ager. vectig. vel emphy. & not. glo. in l. vni. C. de equeſt. dign. lib. 12. & in l. vni. in ver. prohibemus. C. nego. ne mil. eo. lib. quam ſententiam probarunt Bar. in l. ex eo tempore. n. 3. de mil. teſt. & in l. 1. n. 83. C. de dign. lib. 12. Roma. ſing. 507. an ſit militia dignitas. Iaſ. in d. l. ſi quis in conſcribendo. n. 3. & ſeq. & Tiraq. de Nobil. c. 8. n. 5. etſi is nonullos refert aſſerentes nobilitatem ſaltem afferre, quod magis conſuetudine, quàm iure inductum cenſuit Rui. con. 66. n. 23. lib. 3. vt de ciuitate Peruſina teſtis eſt Bar. in d. l. 1. n. 83.

Quòd ſi Iuriſconſultis ipſis hac in re non videatur ad eo deferendū eſſe, cum ij ius ſibi dicere videantur, cōtra notata per eos in l. quiſquis.
8 C. de poſtul. & in l. vni. C. ne quis in ſua cau. † Illud tamen omnino fatendum eſt, animos noſtros ſcientia diuinitatis participes quodammodo fieri

do fieri, cum diuina percipimus, & contemplamur, humana verò cognoſcimus, atque tractamus, Hæc enim ſola noſtrum perficit intellectum, nec vllus animis ſuauior eſt cibus, quàm perfecta cognitio veritatis, quam ſi ab humanis detraxeris, ſurget informe cõtinuo monſtrũ, quod & diuinæ vocis oraculo expreſſum habemus, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via, hac qua gradieris, et quę ſequuntur. Hęc verò intellectus pollicitatio quid quæſo aliud eſt, quàm ſapientiæ lumen, ac doctrinæ ſacrarium? Hæc nos à belluis ſeparat, hęc iuſtitiam exercere docet, temperantiam, charitatem, patientiam, pietatem, religionem, caſtitatem, libidinemque fugat, auaritiam, proditiones, ac cæteras animorum peſtes. Quod & Seneca in Epiſt. faſſus eſt, ſi ſapiens tu ſolus Deus humano corpore latitas, quem ad hoc retulit Barba. con. 57. n. 16 lib. 2. Nihil eſt enim quo magis Dijs aſſimilemur, quàm per ipſos ſcire, teſte M. Tull. 1. de natu. deor. qui legalis huius diſciplinæ nobilitatem præter vulgatum locum 1. offic. ſatis etiam oſtendit, dum Solonis
9 conſilium Themiſtoclis victorię vtilius ciuitati præpoſuit. † Quamuis ſciam alibi pro Murena, vt rei ſuæ inſeruiret; contrarium peroraſſe.
» Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas, ille vt quò intendit, maturè cum exercitu perueniat, Te gallorum, illum buccinarum ſonus exuſcitat, Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit, Tu curas ne tui conſultores, ille ne vrbes, aut caſtra capiantur. Hæc nomen populo Romano, hęc huic vrbi æternam gloriam peperit, hęc orbem terrarum parere huic imperio coegit.

Quare Milites pro firmiſſimo ſuæ obiectionis fundamento velut in tutiſſima arce conſtituere videntur, ſummos Imperatores, ac Reges artem hanc militarem profeſſos eſſe, exemplo Alexandri, Annibalis, Scipionis, Iulij Cæſaris, & aliorum, qui etſi literis quoque eruditi fuerint, bellica tamen diſciplina æternum ſibi nomen compararunt, & milites dici voluerũt, dum cęteros commilitones appellabant, l. 1. quæ de Traiano loquitur, de milit. teſt. etſi quãdoque iratus Cæſar Quirites dixit.

Verùm ſi ſanis (vt aiunt) oculis intueri volumus, cum Philoſopho
10 aſſeremus, † Iuriſprudentiam, quæ ciuitatis anima eſt, tamquam principalem militari diſciplina quaſi inſtrumento quodã vti, vt malos coerceat, ſuoſque ab inimicis tueatur, & ſinguli quietè, & fęliciter viuant.
11 † Hinc Plato lib. vj. de legi. Poſt Deos immortales eos homines (inquit) primas, & honoris, & gloriæ ſedes habere, qui publici muneris magiſtratus gerunt, & ſua virtute aliorum vitam moderantur. † Et Reges ipſi olim prudentiores, & fortiores deligi cæptũ eſt, qui reliquis præeſſent, omniumque ſaluti, & ſecuritati inuigilarent, virtuti præmia, pœnaſq; flagitijs imponerent, atque fidem ſeruari curarent, non quidem actio-

num,ſine Iudiciorum forma adhuc non adinuenta, ſed ipſorum arbitrio, manuque regia, vt de initio Vrbis Romę teſtis eſt Pompo. in l. 2. in prin. Ibi, omniaque manu regis gubernabantur. ff. de orig. iu. & cecinit Poeta lib. 1. Æneid.

—— Remo cum fratre Quirinus
Iura dabat.

Et rurſus in hanc ſententiam lib. 7.

Hoc Priami geſtamen erat, cùm iura vocatis
More daret populis.

Et hinc hodie Principes in cõmiſſionibus eadem manu, ſiue poteſtate ſæpe vtuntur, vt de eius effectu ſcripſit Ioa. Andr. in c. ſæpe. de uer. ſig. Bar. in extrau. ad reprimendum. in ver. & figura. n. 5. Card. in clem. diſpendioſam. in fi. q. 44. de iud. Oldr. con. 115. Corn. con. 54. n. 7. lib. 2. &
13 Alber. Bologn. de leg. iu. & æqui. cap. 10. n. 14. † Sed & iuſtitiam facere proprium Regum munus eſſe admonuit D. Hiero. ſuper Hierem. lib. 4. relatus in c. regum officium. & in c. rex debet. 23. q. 5. & Exod. cap. 18. Prouide (inquit Deus) de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, & qui oderint auaritiam, Quare etiam præceptum eſt, Deum timere, Regem honorificate. cap. ſolitę. de mai. & ob. Nec mirum, in hoc enim miniſtri Dei ſunt, cap. qui malos percutit. d. q. 5. Namque Deus opt. Max. qui cæterarum artium, ac diſciplinarum inuentionem facilè hominibus conceſſit, legum tamen ſibi reſeruauit, ſeque illarum non modò auctorem populo publicari iuſſit, ſed miris etiam prodigijs confirmauit, Quo fit, vt apud magnum illum legiſlatorem Moſem, qui iuris reſponſa quęrerent, Deum ipſum (quod hebraicę linguæ periti pulcherrimè animaduertunt) quærere dicerentur, vt proinde quod nos Exodi cap. 18. legimus. Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, hebraica veritas habeat, Venit ad me populus ad quærendum Deum.
14 † Quòd ſi plerique Reges militarẽ potiùs diſciplinã exercuere, & armorum vi rerum domini ſunt effecti, Id planè regnandi potiùs libidini, quàm virtuti, ac diſciplinę tribuẽdum eſt, quod iuri, & æquitati inimicum eſſe omnes norũt, & pulchrè probat Oldr. con. 69. cõſueuit du-
15 bitari. † Quinimò & eos ius reddidiſſe apud pleroſque legimus, Alexander cùm in cauſis ſederet Iudex, auremque alteram accuſatori occluderet, illam ſe reo ſeruare dixit, vt in illius vita teſtis eſt Plutar. & Iulius Cæſar ius laborioſiſſimè, ac ſeueriſſimè dixit, authore Suet. in eius vita c. 43. & in vita Auguſti c. 33. eum aſſiduè iuri dicendo ſtuduiſſe, ad eo quod ſi parum valeret, domi cubans, & quandoque lectica pro tribunali vteretur, quod & cæteris perantiquum fuiſſe colligitur ex l. imperialis.

perialis. Ibi, pro tribunali ſederemus. in tit. de prohi. feu. alie, l. imperatoribus. de iure fi. l. offidius. de leg. 3. & in proœ. Inſt. in prin. nec aliter
16 hodie ab eis Iuriſconſultorum præſidio obſeruari videmus, † Et Cardinales ipſi, quorum conſilio vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nititur, quoſque Regibus æquiparari dixit Bal. in l. 1. §. 1. ff. de off. præt. Iaſ. in l. 1. n. 9. ff. de off. eius. Iacobat. de Concil. lib. 1. n. 144. ius in Vrbe, & in prouincijs dicunt, eorumque mentibus iuſtitiam adeo ineſſe præſumi-
17 tur, vt † Papa illam clauſulam, & Iuſtitiam faciat, quæ aliàs in omnibus apponi ſolet; in eorum commiſſionibus non apponat, vt aduertit Lud. Gomeſ. in comp. vtr. ſigna. n. 43. & ſeq. credit enim eos, quos ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate ad illius officij magnitudinem euexit, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuę, quàm ipſe foret iudicaturus, ad tex. in l. vni. de offi.
18 præf. præt. † Imò & Eccleſiaſticum Imperium, quod longè alijs nobilius eſt, c. ſolitæ. de mai. & ob. c. cuncta per mundum. 11. q. 3. ac tanquam luminare maius, vt ſpiritualibus præſit, in firmamento vniuerſalis eccleſiæ fecit Deus; viris literatis, ac Doctoribus demandari ſolet, & iurè quidem, cùm ad illud non niſi ſingulari doctrina præditus, morumq; ſanctitate conſpicuus aſſumendus ſit, vt cęteros valeat arguere, & cohortari, ad tex. in cap. cùm in cunctis. vbi not. de elect. Ioann. à Silua de Beneſ. par. 3. q. 5. num. 3. Iaco. Meno. de arb. iud. quæſt. caſu 425. num. 18. Petr. Caleſ. de equeſt. dign. num. 91. Ioann. à Capiſtra. de auctor. Papæ. par. 1. 2. par. prin. num. 12, cuius rei exempla plura, atque perſpicua adducere poſſem, niſi illuſtre exemplum haberemus GREGORII. XIII. Pontificis Maximi, & Iuris Vtriuſque Conſultiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *Medicis Iuriſconſultos pręferri.*
2 *Ariſt. locus polit. lib. 1. c. ul.*
3 *Medicinam omnium artium cognitione conſtare.*
4 *Medicum nouum eſſe peſtem in patria, & quid à Scothis obſeruatum.*
5 *Finis iuris Cæſarei eſt bonum publicum, iuris verò Pontificij fęlicitas animæ.*
6 *Cicer. locus 1. de legi.*
7 *Iuris facultatem ſcientiam eſſe.*
8 *Scientiam ciuilem Architectonicam appellari, atque artium omnium Reginam.*
9 *Regens recto nobilius eſſe.*

10 *Scientia qualibet habet ſuas proprias imaginationes, rationes, & diſputationes.*
11 *Leges quo caſu mutabiles ſint.*
12 *Plat. locus in Minoe.*
13 *Leges ſcriptas eſſe tanquam prima principia.*
14 *Philoſophiam iurium facultati non anteferri.*
15 *Legis anima ratio eſt.*
16 *Legis diffinitio, ac ethimologia.*
17 *Maturo conſilio in arduis cauſis accedendum.*
18 *Romanos annis ſexcentis Medicis caruiſſe.*
19 *Medicis plura data ſunt priuilegia à I. Conſultis.*
20 *Medicos in dignitate conſtitutos eſſe.*
21 *Medicus Principis an Doctorem præcedat.*
22 *Conſiliarios Principis Illuſtres eſſe.*

PRIVILEGIVM LV.

Iureconſultum Medico præferendum eſſe.

ETſi medicorum ope remota ſanitas periclitatur, l. cum antiquitas.
in prin. C. de teſta. qua neglecta nulla eſt aliarum rerum voluptas.
1 † Iuriſconſulti tamen ratione ſubiecti nobilioris medicis præferuntur,
ita Ioa. And. Card. & alij in c. clerici. vbi Abb. col. 2. Aret. in 2. notab. &
Dec. n. 7. de Iudi. & idem in l. cum quid. n. 23. ſi cer. pet. Luc. de Penn. in
rub. C. de prof. & med. lib. 10. Boet. de author. ma. cõſ. n. 88. latè Barth.
Caſſen. in cathal. gl. mun. par. 10. conſid. 25. Sylua nupt. lib. 5. n. 78. Fortu.
Garc. de vlt. fi. iu. in prin. Plot. conſ. 87. inter conſilia matrimonialia,
vbi plenè Rogher. in ſeq. conſ. qui id pluries diffinitũ refert, Tiraq. de
Nobil. c. 31. n. 360. cum ſeq. qui Theologorũ quoque, quorũ fides hac
de re minime dubia eſt; auctoritatibus comprobauit, inter quos D. Antoni.
in ſum. par. 3. tit. 5. c. 2. §. ſequitur in ſuper quis ſit dignior. & anno-
2 tauit Silueſtr. in ver. Doctor. n. 3. Nec ab illis diſſentit † Ariſt. lib. 1. polit.
c. vl. dum ciuilem hanc diſciplinam honorabiliorem, ac præſtantiorem
dixit medicorum facultate, quòd qui eam ſectaretur, circa animi
virtutes, ac bona, alteram verò, circa corporis cognitionem, & ſalutem
verſaretur: vnde Abb. in c. cæterum. col. 2. verſ. venio ad gloſ. de iuram.
cal. dixit Iuriſconſultos tantò medicis eſſe præſtantiores, quantò animus
corpore præſtantior eſt, & iuſtitia ſanitate.

Sed hic nonnulla referre duxi, quæ mihi quandoque à medicis oppoſita fuere, Legalem nempe, & canonicã facultatem nõ eſſe ſcientiá, eiuſ-

eiuſque profeſſores arguendi modum nō habere, & authoritatibus potiùs niti, quàm per cauſas, & rationes cognoſcere, ad Phil. 1. poſt. & 2. metaph. & ex noſtris docuit Barba.in d.c.clerici.col. 5.ibi, nam ſcire eſt. & notatur in c.cùm cauſam. de teſti. Idem probare ſtudent, quòd, cùm lex ſit de actibus humanis, non omnibus prouidet, nec prouidere pōt, cùm recentes facti ſpecies inter mortales quotidie oriantur, quæ legibus nequeunt comprehendi, ad l.neque.de legi. Cùm alioquin ſcientia ſit de immutabilibus, æternis, & determinatis, vt per eundem Phil. 5. ethic. Quibus addunt ciuilem hanc diſciplinam partem eſſe totius philoſophiæ, quam medici ipſi profitentur. Legesque ipſas nec vbique, nec ab omnibus ſeruari, imo opinatiuas eſſe, & formidine permixtas, quod probari videtur in §. reſponſa. in ver. opinionis. Inſt. de iu. nat. gen. & ciu. & in l.ſi me, & Titium.in ver.ſubſiſto.ſi cer. pet. & in l. ſeruum quoque.in prin. ibi, ſubſiſtimus.ff.de procur. Nullum verò hominum genus, nulla ætas eſt, quæ ex medicina commodum non aſſequa-
3 tur, † quam omnium artium cognitione conſtare dixit Plin.lib. 26. c. 2.& ex noſtris Tiraq.de Nobil.c.31.n.73.vbi orbem illum doctrinarū, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant; medicis vtilem, atque neceſſarium eſſe refert, eosque propterea niſi ætate confecta optimos, perfectosque eſſe non poſſe, varijs exemplis comprobauit. Qua forſan ratione ſcrip-
4 ſit Alberi. in l. prouidendum. in prin.C.de poſtul. † Medicum nouum eſſe peſtem in patria, & Petr.Rebuf.in comment.ad conſti. regi. tomo. 3.in tit.de mater. poſſ.art. 13.gl. vni.n.13. inquit, ideo Scothos medicos iuuenes in Angliam mittere, vt ibi ſe exerceant in grauem inimicorum perniciem.

Cæterum Iuriſconſultorum virtus in eo verſatur, quòd bonū publicum (in quo ſine dubio medicis antecellunt, l. vtilitas publica C. de
5 primip. lib. 11.) conſeruare ſtudent, † Finis enim iuris Cæſarei eſt ipſum bonum publicum, Pontificij verò fœlicitas animæ, c.vt animarum periculis.de conſti. gl.in cap. cùm contingat. in ver. debent.de iureiur. Hominumque vitam quandoque Aduocati ſeruant, dum reos alioqui per accuſatorum calumniam perituros à morte vendicant, l. aduocati.
6 C.de adu.di.iud.† & rectè probauit Cicero. 1.de legi. Ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam, & beatam conditas eſſe leges, quarum virtute, nutuque docemur domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mētes, oculos, manus abſtinere. Hinc leges donū Dei appellauit Demoſthenes, l.nam & Demoſthenes.ff.de legi.quód eas nutu diuino principes ſtatuant, l.fi.ibi, ideo enim &c.C.de preſcrip.longi temp. & leges ſacratiſſimas dixit Imper. in l. leges ſacratiſſimę. C. de legi. earumque profeſ-

profeſſores ſacerdotes appellauit Vlpi. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. eſt enim quędam res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, l. 1. §. proinde. de var. & extr. cog. quæ diuinarum, atque humanarum rerum notitiam præſtat, l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iu.

7 Quam ſanè ſcientiam eſſe inquit Imp. in proœ. Dig. Ibi profeſſores legitimæ ſcientię, & Pompo. in l. 2. Ibi, iuris ciuilis ſcientiam plurimi,
8 & maximi viri profeſſi ſunt. ff. de orig. iu. & alibi ſæpe. † Imò & Archi tectonicam non ſemel Ariſtoteles appellauit, & ex noſtris Bar. in prima figu. Tiberiadis. quòd non ſecus, ac ſolent architecti, ſua cuique munera partitur, rebuſque omnibus, quę ad rectum totius ciuitatis ſtatum attinent, certam rationem præſcribit, ideoque artium omniũ quaſi Regina conſtituitur, quod inſinuauit Plato de Regno. infi. Omnes artes (inquiens) in ciuitate proprijs incumbunt operibus, neque inuicem dominæ ſunt, eam verò quæ cunctis his præſidet, ciuilem ſcientiam nuncupamus. Nec artifices ſolùm ſed aliarum ſcientiarum profeſſores illi ſubſunt, hinc Theologus perperam de fide ſentiens, vel medicus ineptè tractans ęgrotum Iuriſconſultorum pœnam non euadit, §. pręterea.
9 Inſtit. ad l. aquil. † Regens verò recto nobilius eſſe nemo ſanę mentis dubitat, ad l. iubemus in fi. C. de Epiſ. & cler. Marti. Laud. de Principe. verſ. 18.

Nec obſtat, quòd eius profeſſores dialecticorum argumentis nõ vtantur, ſed proprio eorum modo, & quidem ſcientifico, & concludenti.
10 † Quælibet enim ſcientia habet ſuas proprias imaginationes, rationes, & diſputationes, c. locutio. 38. diſt. & leges, vel canones non ſunt reſtringendi ſub ocioſis philoſophorum ſcholis, c. indignum, & c. eccleſiaſtica. 28. diſt. rebus etenim, non verbis intendunt, l. 2. in fi. C. com. de lega.

11 Neque lex (vt illi opinantur) mutabilis ſemper eſt, † quod enim ad ius naturale, vel gentium ſpectat, immutabile eſt, c. 1. 5. diſt. §. ſed naturalia. Inſt. de iure nat. gen. & ci. quòd ſi conſtitutio aliqua ciuilis immutari ſoleat, cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit, quod medicamenta morbis, id exhibent iura negocijs, Auth. Hæc conſtitutio. collat. 8. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter. actio. ratio tamen
12 ſemper remanet, † ac vt reſpondet Plato in dialogo, qui Minos, ſeu de Lege inſcriptus eſt, Verum illud, iuſtum, & honeſtum ſemper viget, atque reperitur. Et Deus Opt. Max. quippe qui perfectiorem ſtatum inſtituebat, ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo, c. non debet. vbi Abb. id not. de conſ. & affin.

Quòd ſi omnia legibus non comprehendantur, ſcientia tamen eſt,
13 † leges enim ſcriptæ ſunt tanquam prima principia, quæ in qualibet

ſcientia

ſcientia pro claris, & veris ponuntur, nam cùm per illas tam varij caſus nequeant diffiniri, ſubintrat earum interpretatio, quæ deducendo rationes, & argumenta à legibus ſcriptis, ſicut aliæ ſcientiæ à ſuis principijs, generat habitum ſcientificum, vt deducit Gamm. in tract. de extenſ. col. 1. & 2. Silua nupt. lib. v. n. 74. & latè probat Caſſen. in cath. gloſ. mun. par. 10. conſid. 18. quod & Neratio Iuriſconſulto placuit in l. penult. ff. de imp. in reb. dot. fac. Ibi, non tam facilè in vniuerſum diffinire, quàm per ſingula ex genere, & circumſtantijs decidendo procedere.

14 Neque refragatur, quòd † noſtra hæc facultas pars ſit Philoſophiæ, nam & nos fatemur optimum quidem eſſe philoſophię præſidium, ſed per ſe haud ſatis efficax eſt, huius verò ſcientiæ laus in actione conſiſtit, dum publicæ, & ſingulorum vtilitati occurrit, quod inſinuauit Vlpi. in l. 1. ibi veram (ni fallor) philoſophiam, non ſimulatam affectantes. ff. de iuſt. & iu. & præſertim ius ipſum Pontificium, quod & ius diuinum dicitur, c. nimis. de iureiur. c. 1. vbi Barba. n. 32. & ſeq. de iura. cal. & philoſophia nobilius eſt.

Lex verò non opinatiua, ſed rationabilis eſt, c. erit autem lex. 4. diſt.
15 ex quo † ratio dicitur anima, & ſpiritus viuificans legem, Bal. in l. non dubium. C. de legi. ea etenim quæ ſtatuuntur, vt rectè animaduertit Ficin. ex Plat. non niſi quæ naturali rationi conueniunt, legis nomen
16 merentur. † Sicque legem diffinit. M. Tullius lib. 2. de legi. Eſt enim lex nihil aliud niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibenſque contraria, quam legis diffinitionem, ſeu deſcriptionem probauit gloſ. fin. in l. 2. ff. de legi. idemque apertè ſenſit Papin. in l. 1. ff. eodem tit. cùm dixit legem eſſe virorum prudentum conſultum, neque enim prudentum conſultum ſanè dici poſſet, niſi iuſtitiæ, & honeſtati conueniret: Nec ab ijs longè diſtat D. Thomas in 1. 2. q. 91. art. 1. Dum ait legem eſſe dictamen practicæ rationis in Principe, dum communitatem aliquam perfectam, hoc eſt ciuitatem gubernat. Quare etſi legem à ligando aliqui appellari aſſerunt, alij à legendo, quòd ſcripto proferatur, vt legatur ab omnibus, Ego tamen magis Tullij ſententiæ adhęreo, legem à deligendo dictam eſſe, quod ius cuique ſuum certa ratione diſtribuat: Ideo paſſim à noſtris quæri ſolet de ratione dubitandi, & decidendi, vt dignoſcatur eam rationabilem eſſe, & in caſu dubio factam, l. habeo. de carbo. edic. l. antiquæ. C. de furt.

Et licet Celſus Iuriſconſultus in d. l. ſi me & Titiũ. & Vlpi. in d. l. ſeruum quoque. ſubſiſtendum putent, lex tamen certa eſt, facit enim om
17 nia tuta, & firma, & inde nobis notandum eſt, † in arduis cauſis non niſi maturo conſilio ad earum deciſionem accedendum, vt in d. l. ſi, me, &

me, & Titium faciẽdum docuit Socci. n. 11. & facit tex. in c. ponderet. 50. diſt. & in c. graue. 11. q. 3. Et ſi iura hæc Imperialia vbique non ſeruantur, ſeruari tamen poſſent, cùm vbique aliqua lege viuatur, nec me-
18 dicis omnes vtuntur, cùm & † Romani annis ſexcentis medicis carere voluerint, quibus iterum receptis, rem indeterius dare inuenere, vt ex noſtris meminit Hiero. Cagn. in l. 2. §. poſt originem. n. 208. ff. de orig.
19 iu. † Medicos tamen Iuriſconſulti ipſi, cęterique legumlatores multis ornarunt priuilegijs, vt patet in l. inter eos. §. vl. ff. ex quibus cau. mai. l. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut. l. fin. §. vl. de mun. & hon. l. 1. C. de decr. decur. lib. 10. & l. medicos. C. de prof. & med. eo. lib. &
20 pluribus oſtendit Guidopa. q. 394. † Nam & ipſi in dignitate conſtituti ſunt, Alex. con. 94. n. 2. lib. 1. Rolan. con. 67. n. 8. lib. 3. Cephal. con. 117. n. 23. & con. 111. num. 20. lib. 1.
21 Hęc tamen concluſio prælationis † non procederet in medico principis per ea, quæ notat Bar. in l. vni. vbi Ang. & Plat. C. de comit. & archia. ſac. pal. lib. 12. Dec. in d. c. clerici. col. 3. ver. 2. regula. de Iudi. quod
22 cùm principis cauſa conſtitutum ſit, mirandum non eſt, nam † Iuriſcõſultos quoque, qui Principis conſilio, & conſiſtorio verè intercedunt, his medicis præire videmus, cùm illuſtres ſint, & in pari gradu cum ſenatoribus, l. quiſquis. C. ad l. Iul. mai. Iaſ. in l. 1. n. 13. vbi Dec. nu. 15. ff. de off. eius. Roch. in c. nouit. in vltimo not. de Iudi. & Iaco. Meno. de arb. iud. caſu. 68. num. 39.

SVMMARIVM.

1 *Nobilium priuilegia Doctori competere.*
2 *Scientia, & virtus an ſanguinis nobilitati præferenda ſit.*
3 *Comitiſſa doctori nubens non dicitur indigno nupſiſſe.*
4 *Doctor qui antea erat popularis admittitur ad officia, & honores popularium.*
5 *Priuilegium non debet in odium conuerti.*
6 *Demoſthenis lapſus, & ſententia.*

PRIVILEGIVM LVI.

Doctor nobilis eſt, & nobilium priuilegijs fruitur.

1 NObilium quoque priuilegijs Iuriſconſulti potiuntur, l. prouidendum, vbi gloſ. Cyn. & alij not. C. de poſtul. Luc. de Pen. & Ioan. à Plat. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Bar. in l. medicos. C. de prof. & med. lib. 10. Bal. in l. nemini. C. de adu. di. iud. Caſtr. in 1. Conſtit. C. Alex.

Alex.con.94.n.2.lib.1.& con.213 .n.2.lib.6.Guidopa.q.88.in prin.& And. Tiraq. de Nobil.c. 20. n.67. vnde Vlpianus nobiliſſimus dictus fuit in l.diximus.in fi.de excuſ.tut.

2 † Nec ea nobilitas,quę in virtute,ac ſcientia conſiſtit,nobilitati generis poſtponenda eſt, imò multorum iudicio pręponenda, Alex.d.con. 94.Barba.con.57.n.16.lib.2.Abb.in c.venerabilis.n.4.verſ.alia eſt nobilitas.de pręb. & S.Chriſoſt.Neſcio(inquit)quomodo magis ille ſplẽdeat,qui ex parentibus natus prorſus à virtute alienus,quàm is qui fuerit Dei virtute mirabilis, vt habetur in c. nunquam. 56. diſt. Nobilis enim is verè eſt,cui propria virtus,& gloria opitulatur,non aliena,nam qui genus laudat ſuum,aliena laudat,& M. Tull. aduersùs Saluſt. Sanctiùs eſt (inquit) me meis fulgere moribus, quàm maiorum opinione niti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Animique virtus eò præſtantior eſt, quantò animus ipſe corpori præſtat,quod tanquam exercitor nauem,paterfamilias domum,imperator exercitum ducere videtur,teſte Bal. in c.cùm cauſam.col.2.de teſti.cui concinit Ang.frater in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſticum. in §. ſi quis ita. de uerb. obl.

Nobilitas morum plus prodeſt,quàm genitorum,
Nobilitas etenim ſola eſt,quæ moribus ornat.

3 Quare ſcripſit Salic.in d.l. prouidendum. quod † ſi Comitiſſa Doctori nubat, non dicitur indigno nupſiſſe, cuius dictum commendat Cam-
4 peg.de dote.par.1.q.13.& Tiraq.de Nobil.c.5.n.4. † Si verò talis doctor antea erat popularis, & ſic iuxta formam ſtatuti ſuæ ciuitatis poterat admitti ad honores,& officia, adhuc ea aſſequetur, ſi tamen gradus patiatur, Bar. in l. Alexandrinis. per illum tex.vbi Ioa.à Plat.C.de de-
5 cur. lib. 10.† Ex quo tale priuilegium non debet in odium conuerti,l. diuus.in fi.de teſt.mil.l.quod fauore.C.de legi.Alex.con.32.n.5.lib.5. Quamuis ſciam deploratiſſimos quoque nobiles appellatos eſſe, vnde
6 D.Hierony.Heluidium hæreticum nobilem ſcelere dixit. † Et Laidem illam Chorintiam nobile ſcortum appellauit Demoſthenes, cui decem dracmarum millia,quæ mille aureis noſtratibus continentur; vnico cõcubitu depoſcenti, virum illum mulieris libidinem æſtuantem, ſe pœnitere tanti non emere reſpondiſſe Noctes teſtâtur Gellianæ lib. 1. c.8.

SVMMARIVM.

1 *Nobilibus Doctor pręire debet.*
2 *Iudicis officium competere, vt Doctor alijs præferatur.*
3 *Vxor doctoris quo caſu cæteris nobilibus præferenda ſit.*
4 *Aſſuerus noluit Heſter vxorem ſuis legibus comprehendi.*

M PRI-

PRIVILEGIVM LVII.

Doctor, nec non eius vxor alijs nobilibus pręire debet.

1 NObilibus præterea ſedendo, incedendo, & id genus cæteris Doctor præferendus eſt, ita Io. Fab. in §. alium. Inſt. de bon. poſſ. Bolog. in Auth. habita. n. 62. C. ne fil. pro pa. per gl. in c. denique. 4. diſt. Pe-
2 tr. Gerat. ſing. 35. Nobiles. † qui poſt alios declarat Iudicis officium ad id competere, imò & actionem iniuriarum, ſecundùm Bal. in l. obſeruate. §. antequam. in fi. ff. de off. procon.
3 Idem eſt in eius vxore, ex quo enim viri priuilegijs decoratur, l. fęminæ. ff. de ſenat. l. fi. C. de Incol. lib. 10. præcedit alias damicellas, non tamen illuſtres, vt in ſpecie notat Petr. Leſnaud. de Doctor. par. 3. q. 2. & faciunt, quę tradunt Guidopa. q. 389. & Oldr. conſ. 95. ex forma. col. 4.
4 qui propterea refert, quòd cùm † Aſſuerus iuſſiſſet, quòd quicunque nõ vocatus ingrederetur ad eum, morte puniretur, & Heſter Regina ingreſſa pœnã incurriſſe timeret; Regem dixiſſe, Non enim pro te Heſter, ſed pro omnibus (quod exponunt ſubditis) lex conſtituta eſt.

Id verò in vxore valde iuuene non admitterem, cui talis prærogatiua non ex propria, ſed viri perſona competeret, ſi illa cum nobili, ac prouectiore incederet, per not. à Bar. in l. quod principi. num. 2. de leg. 2. Id enim fortiùs retinetur, quod quis habet ex propria acquiſitione, quàm ex perſona alterius, Bar. in l. ſi quis in bello, ff. de capt. & poſtl. & in ſimili Aret. con. 130. conſultiſſime domine, & Dec. ad l. 2. n. 9. de reg. iu.

SVMMARIVM.

1 *Imperatorem alloqui, & ſalutare omnibus non licere.*
2 *Doctores ad ſecreta principum admitti.*
3 *Vehiculis doctores vti poſſe.*
4 *Honorati viri qui dicantur.*

PRIVILEGIVM LVIII.

Doctori Principis ianua patere debet.

1 ETſi paucis de iure patet ingreſſus ad Imperatorem, quos retulit Reſtau. Caſtal. de Imper. quęſt. 83. Adeo vt nec quilibet admittatur ad eum ſalutandum, gl. in l. 1. C. de veter. lib. 12. † Doctoribus tamen ingreſſus

greſſus denegandus non eſt,quinimò ad ſecreta Principum illi admitti debent,l.fi.ibi,honoratis viris,quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur. vbi gl. & doct. C. de off. diu. iud. quem tex.ad hoc notat Aret. in §.item Romæ. ſub nu. 2. de exc.tut.Signo.in tract.vtr.præced. deb.doc. vel mil. n.64. Franc.Marci q. 638.n. 10. & Caſtal. d.q. 83.n.16. Nec aliter Imperator dicitur habere iura in ſcrinneo pectoris, l.omnium.C.de teſtam.c. 1. de conſti. lib. 6. niſi propter homines doctos,qui ei aſtant, Feli.in c.nõnulli.n.71.de reſcrip.Quemadmodum Adriano aſſidebat Celſus, Neratius,Iulianus,Antonino Pio Metianus,Marcellus,Iabolenus,Alexandro Vlpianus,Paulus, ac demũ Iuſtiniano Tribonienus,Theophilus,Dorotheus,§. cũmque. in procæ. Inſt.& notat Alcia.diſpun. lib.4.c.7.

3 Hinc etiam † Doctores intra vrbem ſacratiſſimi nominis vehiculis vtuntur,quod inter cętera priuilegia retulit Card. in clem. 2. q. 4. vbi Imo.n.9.& Ancha.n.5.de magi. Ioa.de Ana.in rub.extra eo.tit.in fi.& Fran.Mar.q. 651. Et licet † honoratos alio ſenſu expoſuerit Alcia. lib. 1. prætermiſſ.in ver. Honorati. vt ij nempe dicantur,qui palatinam dignitatem habent,& adminiſtratione abſtinent,nomine participes,Id tamen liquidò cõſtat,hos honoratos in Vrbe aduocationis officium exercuiſſe, c.infames.§.apud vrbem.3.q.7.& l.quiſquis.C. de poſtul. & clarius in l.1.C.de off.ciu.iud.Vbi honoratos viros Aduocatos Imperator appellat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet aſſurgere doctori,eique ſedendi facultatem tribuere.*
2 *Aduocatorum breuitas laudatur.*
3 *Theocriti ſententia aduerſus verboſos.*
4 *Aduocatus coram iudice quo nam pacto cauſam dicere debeat.*
5 *Bartholomei Cæpo. cautela pro Aduocatis improbata.*
6 *Aduocatus non ſolùm ſcientia, ſed conſcientię integritate apud Iudices fidem arrogare debet.*
7 *Auli Gell. locus pro Aduocatis lib.7.Noct.Attic. c.3.*

PRIVILEGIVM LIX.

Iudices,& Magiſtratus Doctorem ad ſe uenientem ſalutare,eique ſedendi facultatem tribuere debent.

1 IVdex quoque,& quilibet magiſtratus debet Doctoribus reuerẽtiã in ſalutationibus deferre,nec nõ ſedẽdi ſocietatẽ ꝓpe ipſum cõcedere.

l.fi.vbi gl.C.de off.ciu. iu.cuius priuilegij meminit Feli in rub.de ma-gi.verſ.ad ſecundũ.Bolog.in Auth.habita. n.133.C.ne fil.pro pa.Spec. in tit.de Aduo.§.ſequitur.Caſſen.in cathal. gl.mun.par.10. conſid. 40. & Franc. Mar. q. 652. niſi tamen pro aliquo poſtularent, vel cauſam propriam dicerent, tunc enim ſtare debent, l. quiſquis. in fi. C. de poſtul.l. 1.in fi.C.de offi. ciu. iu. quamuis hodie vrbani Iudices eo quoque caſu ſedendi facultatem tribuant.

2 Et meminerint eorum † officium eſſe breuiter, ac diſtinctè loqui, nõ ſuperfluè, & inconcinnè, l. vni. de offic. præt. Aret.con. 120. & admonuit Iaſ. in l. 1. ff.de off.aſſ. ne quaſi Cęlius antipater, de quo Pompo. in l. 2. ff.de orig. iu. incuſari poſſint, quòd plus eloquẽtiæ, quàm ſapientiæ

3 iuris operam dederint, Et legimus † apud Philomenem quendam Anaximenem, cùm is prolixam orationem habuiſſet; pulchrè à Theocrito redargutum, Verborum quidem flumen eſt, mentis verò gutta, Et Samiorum Legatis lõgiori vſis oratione à Spartanis dictum proditum eſt apud Plutar. Priora quidem obliti ſumus, ſed nec poſteriora ob id percepimus. At illa dicendi peritia in eis deſideranda eſt, vt ea quæ dicenda ſunt aptè, ſi non ornatè, diſtinctè, ſi nõ copioſè, caſtè, ac ſimpliciter, ſi non floridè, & loculenter, latinè ſaltem, ſi non eleganter exponantur,

4 † nec geſtu, aut motu corporis ingratioſo, nè fortè geſticulantes potiùs pręſentes irrideant, quàm audiant patrocinantes, atque demum in Aduocatis paulò minor deſideratur dignitas, quàm in Iudice.

Nec ideo commẽdari exiſtiment, quòd rerum, auctoritatumq; ue copia aduerſarium, atque Iudicem ipſum obruere ſtudeant, vt de offic. Aduoc. dixit Lanc. Poli. verſ. de eloquentia. Qui propterea damnat

5 † cautelam Bartholomei Cęp. aſſerentis, Aduocatum vera falſis, ac inutilia vtilibus inſerere debere, ſic enim fieri, inquit, vt ſępe victor iam ex inepta aliqua ratione, quæ imperito Iudici fortiùs perſuadeat; aſſequamur: Vt igitur Aduocatorum impiorum cautelam Politus appellat,

6 ita leuiora ſaltem fortioribus addere quandòque iuuat. † Quod ſanè faciliùs Aduocatis eueniet, ſi non iuris ſcientia ſolùm, ſed conſciẽtia pręcipuè, atq; morum integritate fidem ſibi apud Iudices arrogare ſtudeant, Aduocatus enim Oratoris exemplo vir bonus, & ſubinde dicendi peritus eſſe debet, Et admiratur M. Tull. cur qui iudicem pecunia corrumpit, pœna dignus ſit, qui verò eloquentia laudem ferat, quòd pecunią corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo autem poteſt.

Ergo Iudices in primis ſibi conciliare debent, l. fi. C. de offic. di. iud. & docuit Spec. de Aduo. §. hic dicendum. Ipſoſque Aduocatos, qui pro

7 reis patrocinantur, ægregiè admonuit † Aul. Gell. lib. 7. Noct. Acti. c. 3. Patronos (inquiens) qui prò reis dicunt, in principio conciliare ſibi, & complacare

complacare Iudices debẽt, ſenſusque eorum expectatione cauſæ ſuſpẽſos, rigentesq́; honorificis, verecundisque ſententijs commulcere, non iniurijs, atque imperioſis comminationibus confricare.

S V M M A R I V M.

1 *Filios doctorum gratis promouendos eſſe, ac cæteris præferri.*
2 *Aduocatorum Conſiſtorialium filios parentum locum retinere.*
3 *Filium Doctoris data paritate alijs nominatis præferri.*

PRIVILEGIVM LX.

Doctorum filij cæteris anteferri, & gratis promoueri debent.

COnſtituit Imp. Anaſtaſius in l. iubemus. §. & filios. C. de adu. di.
1 iud. † Aduocatorũ ſuperſtitum, vel mortuorũ filios, ſi legũ ij doctrinam meruerint, extraneis ad idem officiũ accedentibus anteponi, eique gratis ſociari debere. Vbi gl. annotauit Doctorũ filios gratis promouendos eſſe, ac in patris locũ excluſis cæteris ſuccedere, quam gl. ſecuti ſunt Bar. & alij in l. nemini. tit. præced. Bolog. in Auth. habita n. 77. C. ne fil. pro pa. Feli. in rub. de mag. verſ. ad ſecundũ. & in deputatione ad lecturã, Ioã. de Anan. ibidem n. 11. Mille. in ver. Doctor. Alcia. reg. 1.
2 præſ. 48. in prin. & Franc. Mar. q. 639. n. 5. Quod in † Aduocatis quoq; Conſiſtorialibus obſeruatur in Vrbe, nam eorum filij iuriſperiti aliàs idonei ad parentũ locum præferuntur, vt teſtatur Octa. Veſtr. lib. 2. ſuæ prax. in tit. de Aduoc. Cõſiſt. Antiquiori tamen nominato ad beneficiũ
3 iuxta priuilegia Vniuerſitatum filius doctoris non præfertur, etſi † data paritate anteferendus eſt, vt annotauit Rebuf. de Nomin. q. 21. n. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Filius Doctor patrem magis honoratum reddit.*
2 *Filius quamuis in dignitate patrem honorare tenetur.*
3 *Papa quo caſu teneatur ſibi patrem præponere.*

PRIVILEGIVM LXI.

Doctor patrem magis honoratum reddit.

1 RELatum priuilegium ex eo compenſatur, quòd † filius Doctor patris perſonam magis honoratam reddit, gl. in §. generaliter. in vet.

nobilio-

nobiliores. & in ver. occaſioně. in Auth. conſti. quæ de dig. coll. 6. ac inter cętera priuilegia annotauit Bolog. in Auth. habita. nu. 152. C. ne fil. pro pa. Gloria namque patris eſt filius ſapiens, c. eſto ſubiectus. 95. diſt.

Is tamen filius patrě præcedere non debet, vt firmat Simon de Burſ. in proœ. Clem. & ſequitur Nicol. Boer. de auctor. mag. con. n. 101.

3 † Quinimò filius Summus etiam Pontifex factus, propter naturalem obligationem patrem reuereri debet, eumque ſibi anteponere in his, quę priuatim fiunt, Bal. in l. adoptiuum. ff. de in ius voc. Firma. in tract. de Epiſ. lib. 2. par. 1. q. 8. & Andr. Tiraq. de Nobil. c. 28. n. 9.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatem habere dicitur doctor.*

2 *Actio doli non datur contra doctorem.*

3 *Delegatus Papæ an doctor eſſe poſſit.*

PRIVILEGIVM LXII.

Doctor in dignitate dicitur conſtitutus.

1 PRæterea Doctor in dignitate dicitur cōſtitutus, c. quanto. ibi dignitatě aſſumunt. de magi. §. quia verò legere. Auth. vt lic. ma. & auiæ. Bar. in l. fi. C. de iudę. & in l. omnes. C. de decur. lib. 10. Bal. in l. 1. §. huius ſtudij. de iuſt. & iu. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. nu. 4. C. de pact. Bolog. in Auth. habita. n. 57. Abb. in c. propoſuiſti. & ibi Dec. de prob. Barba. de præſt. Card. par. 1. q. 1. verſ. dignitas. Alex. conſ. 94. nu. 2. lib. 1. & conſ. 27. n. 6. lib. 2. Iaco. Æmil. conſ. 17. n. 4. Grat. conſ. 116. n. 7. lib. 2. Rolą. conſ. 67. n. 9. lib. 3. Iaco. Meno. conſ. 126. lib. 2.

Et quamuis Feli. in d. c. quanto. referat aliquos aſſerentes honorem quendam, non dignitatem eſſe, crebriùs tamen receptum eſt, dignitatě afferre, vt ibi Ioan. de Anan. in princ. Quod ſaltem in doctore legente ſine difficultate procedit, cùm is in ſuos ſcholaſticos iuriſdictionem habeat, quamuis indiſtinctè procedere ſenſerit Bar. in d. l. fi. C. de Iudę. & in l. omnes. C. de decur. dum ibi notat iudæos doctorari nō poſſe, quia doctoratus eſt dignitas, nec diſſentit Guido pa. q. 338. & Tiraq. de Nobil. c. 28. n. 2. dum infames vt à cæteris dignitatibus, ſic à doctoratu repelli dixerunt.

2 † Hinc eſt, quòd doli actio contra eum ab humili perſona intentari iure non permittitur, ſed in factum actio datur, l. non debet. in fi. de dolo ma. Azo in ſum. C. eo. tit. nu. 16. & Bolog. in Auth. habita. num. 93.

Qua

Quę ratione Lud. Gomeſ. in c. ſtatutum. n. 67. de reſcript. lib. 6. cen-
3 ſuit etiam † doctorem poſſe eſſe delegatum Apoſtolicum, ſaltem ſi per viginti annos legiſſet, & idem tenet apoſtil. de Collect. in cap. nulli. in princ. eo. tit. quod non arbitror verum, ex quo dignitas requiritur eccleſiaſtica, hæc verò ſæcularis eſt, vt per Anan. in d. c. quanto. n. 5. & Petr. Rebuf. in praxi Benef. in for. no. proui ſ. verſ. Quarta Bullæ pars eſt. Niſi tamen ex priuilegio indultum eſſet, vt de doctoribus Vniuerſitatis Gadomenſis dixit Leſnaud. de doctor. par. 2. fol. 18. & ſe quandoq; apud Bituriges excuſatùm inquit idém Rebuf. de priu. ſchol. priu. 81.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus excludit ſubſtitutum.*
2 *Legitimatum non excludere ſubſtitutum ſi teſtator nobilis ſit, uel doctor.*

PRIVILEGIVM LXIII.

Doctor fideicommittens legitimato excluſo ſubſtitutum vocaſſe cenſetur.

1 ETſi legitimatus excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, l. generaliter. §. cum autem. vbi not. C. de inſti. & ſubſti. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. vbi Imol. ad Trebel. Alex.
2 conſ. 2. lib. 1. Paris. conſ. 1. n. 78. lib. 2. † Doctor tamen, ex quo in dignitate dicitur eſſe, de naturalibus ſenſiſſe non præſumitur, d. §. ſi quis rogatus. nec conſequenter de legitimatis, ita Alex. d. conſ. 2. ſub nu. 4. verſ. vndecimo probatur. & conſ. 94. n. 2. lib. 1. Rui. conſ. 27. nu. 6. & conſ. 36. n. 7. & conſ. 158. n. 6. lib. 1. Rola. conſ. 67. nu. 2. & ſeq. lib. 2. Nec parum intereſt hæreditatem ſuam non deuenire ad deprauatam prolem, quę nobili viro magis dedecori eſt, quàm viro ignobili, ad tex. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.

SVMMARIVM.

1 *Infames doctorari, vel patrocinari non poſſe.*
2 *Excommunicatos doctores effici, uel aduocare non poſſe.*
3 *Iudęis nec doctorari, nec patrocinari licere.*
4 *Iudęis quandoque indulgeri, ut in medicina doctorentur.*
5 *Immorigeratos doctorari non poſſe.*
6 *Illegitimi an doctorari poſſint.*
7 *Illegitimos plures Summi Pontificatus apicem attigiſſe.*
8 *Ioannem And. illegitimum fuiſſe.*

9 *Gratianum Decreti collectorem, eiuſque fratres ex adulterio natos eſſe.*
10 *Bartolum ſpurium fuiſſe falsò aſſeri.*
11 *Claudius Saiſel. nothus fuit.*
12 *Iaſonem naturalem fuiſſe.*
13 *Bononienſe collegium ſpurios non admittit.*
14 *Phil. Decium illegitimitatis cauſa à Rota Rom. excluſum ferunt.*
15 *Aetas in Doctore quæ requiratur.*
16 *Papinianus trigeſimum ſeptimum annum agens vita demptus eſt.*
17 *Papiniani ſententia contra homicidas.*
18 *Accurſium prouectiore ætate iuri ciuili operam dare cœpiſſe.*
19 *Cato ſenex græcas literas didicit.*
20 *Mulier doctorari non poteſt.*
21 *Mortuus an doctorari poſſit.*

PRIVILEGIVM LXIIII.

Doctoratus gradum aſſumere multi prohibentur.

CVm Doctores nobiles, ac in dignitate eſſe dicantur, iure optimo conſtitutum eſt, ne eorum ordini iniuria inferatur, pleroſque ab ea dignitate repelli.

1 Et primò † Infames omnes, quibus dignitatum portæ non patent, l. 2. C. de dignit. lib. 12. doctorari nequeũt, l. vni. C. de infam. lib. 10. reg. infamibus, de reg. iu. lib. 6. Bar. in 1. conſti. Cod. num. 12. Ioa. de Anan. in c. quanto. n. 3. de magi. Nec illis aduocare permittitur, l. 1. §. ait prętor. de poſtul. c. infames. in prin. vbi plures enumerantur, 3. q. 8. & notat Tiraq. de Nobil. c. 29. num. 12.

2 Vnde † Excommunicati etiam repelluntur, Bal. Sali. & alij in 1. Conſti. Cod. §. ideoque. Bolog. in aut. habita. n. 192. Roma. ſing. 678. etſi Card. in c. perpendimus. de ſent. exc. id ſub dubio relinquit, imò nec doctor excommunicatus interim aduocare poterit, Abb. in c. intelleximus. in prin. de iudic. Infideles quoquè, & Hæretici prohibentur, Auth. creditores. C. de Heret. Iaco. Butrig. in l. quicunque C. de epiſc. & cler. & Bolog. in d. Auth. habita. n. 189.

3 Quare † Iudæis quoque, quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, id ipſum denegatur, l. fi. vbi Bar. C. de Iudę. Anchar. in clem. 1. de magi. Abb. in c. 1. n. 2. de Iudę. nec aduocare poſſunt, Iaſ. in rub. de iuſt. & iur. n. 4. & ſeq. vbi videre poteris, quid in iudæo, qui iam Chri-
4 ſtianus factus ſit, † iudæis tamen quandoque conceſſum eſt, vt in medicina doctorentur, Mandoſ. in prax. ſignat. grat. in tit. de licen. doctor.

Quod

Quòd verò legum doctores efficiantur, nunquam eis indulgetur, leges enim ſacratiſſimæ ſunt, & diuinitus per ora principum promulgatæ, teſte Auguſt. in c. quo iure. 8. diſt. quod ſanè medicos Iuriſconſultis inferiores oſtendit.

5 Item † immorigerati repelluntur, l. magiſtros. vbi Bar. id not. C. de prof. & med. lib. 10. Barba. in c. propoſuiſti. de proba. Roma. ſing. 139. Qui licet periti ſint, reprobari poſſunt, Abb. in c. cauſam matrimonij. de off. del. Bolog. in d. Auth. habita. n. 194.

6 Idque pari ratione † ſpurijs denegatum eſt, l. honor. §. de honoribus. ff. de mun. & hon. l. generaliter. §. ſpurios. de decu. Card. in proœ. Clem. col. 2. Bolog. in d. Auth. habita. n. 188. Rol. con. 88. n. 34. lib. 1. & eſt cõmuniter receptum, vt ſcripſit Paleot. de noth. ſpurijſq. fil. c. 56. quamuis ſub n. 8. ipſe ſentiat ſpurios iure ciuili, & dignitates obtinere, & doctores creari poſſe, non quidem vrgente neceſſitate, ſed ita demum, ſi ad eas competitorem legitimè quæſitum non habeat: Eorum tamen ſcientia, & cõmendati mores facilem reddunt diſpenſationem, c. innotuit. vbi not. de elect. vnde licet ij à ſacris ordinibus arceantur, c. 1. & 2. de filijs presb. prædictæ tamen qualitates faciunt, vt non ſacerdotes ſolùm,
7 ſed † & Summi Sacerdotes fiant, c. 1. verſ. ſed hoc intelligendum. 56. diſt. quod nonnullorum Pontificum exemplo comprobat Damaſus Papa in c. 2. ead. diſt. Verùm de conſuetudine ſpurij doctorantur, idque non ſine magna huius ſcientiæ laude, ac vtilitate, quandoquidem eius
8 primarios profeſſores traditur illegitimè natos. † Ioannes Andreæ, qui iuris Canonici tuba, & fons dicitur à Bal. conſ. 226. lib. 1. Andrea presbytero ortus eſt, Abb. in c. inter cætera. de reſcript. Feli. in c. veniens. in prin. de accuſ. Tiraq. de Nobil. cap. 15. n. 32. atque inter cęteros enumerat Paleot. in fi. dicti tract. quamuis ipſe in add. ad Spec. aſſerat ſe
9 patre nõdum presbytero legitimè natum. Sunt & qui ferunt † Gratianum Decretorum collectorem, eiuſque fratres Petrum Lombar. & Cõmeſtorem ex adulterio natos, cuius admiſſi cùm eorum mater pęnitere non poſſet, idque confeſſario profiteretur; ab eo in hæc verba admoni-
10 tam legimus, Pæniteas ergo, quòd pænitere non potes. Inter quos † & Bartolum aſcribere nõnulli allucinati ſunt, vt Paleot. d. loco. ex his, quę ipſe tradit in l. quidam cùm filium. ff. de ver. obli. Verùm Ioannes Paul. Lancel. in vita Bartoli in prin. verſ. liquet hinc. clarè deducit, ipſum, eiuſ
11 que fratres Petrum, & Bonacurſium legitimè natos. Item † Claudius
12 Sayſel. nothus fuit, Caſſen. in cath. glo. mun. par. 10. conſid. 4. † Iaſonem, quoque naturalem fuiſſe inquit Franc. Rip. in d. c. inter cæteras. num. 3. de reſcript. & propterea nullo vnquam tempore in collegium Mediolanenſe cooptatum fuiſſe refert Paleot. d. c. 56. num. 11. Sicut

13 etiam † Bononienſe Collegium ex veteri conſtitutione ſpurios non admittit, quam multi violare fruſtra conati ſunt, vt per Paleot. præcit.

14 loco. num. 10. † & Phil. Dec. naturalis fuit (nimirum ſi cum Iaſone calcitrauit) Couar. in epito. 2. par. cap. 8. §. 10. num. 4. ipſumque in Auditorem Rotæ Rom. electum ob eiuſmodi labem loco excluſum refert Lud. Gomeſ. in reg. de Trien. Poſſ. q. 2. Qua de re non parum miratus ſum, tum quia ipſum quoque Gomeſium Rotæ Ro. Auditorem, naturalem fuiſſe ſæpe audiui.

15 † Minor quoque. 17. annis doctorari non poteſt, Bar. in l. 1. §. Initium, per illum tex. de poſtul. Bal. in l. 1. C. qui. & adu. quos. & Iaſ. in rub. C. de poſtul. num. 5. Verùm tex. in d. §. initium. loquitur in Aduocato, eam namque ætatem ad prodeundum in publicum prætor ratus eſt, Ideo puto, quòd omnis ætas data ſcientia ſufficiat ad gradum, cùm id iure cautum non habeamus, vt ſentiunt Card. in proœ. Clem. col. 2. Feli. in c. cùm vigeſimnm. n. 9. de offi. del. Sylua de Beneſ. par. 3. q. 5. n. 30. & ſequitur Petr. Rebuf. ſuper Concord. Franc. in tit. de reg. ad prælat. nomi. fac. §. 1. in ver. excellentis doctrinę; Nàm quandoque ingenium ſupplet ætatem, glo. in c. Monachus. in ver. deuotio. 77. diſt. & in cap. cùm ex literis, in ver. extructus. de in integ. reſt. hinc Nerua filius ea ætate, & Celſus adoleſcens de iure reſponderũt, d. §. initium. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de ver. obli. & Bal. 17. annos natus repetijt l. centum Capuæ. ff. de eo quod cer. lo. ea etenim ætas facilis eſt ad

16 diſcendum, teſte Vlpi. in l. præcipiunt. ff. de ędil. ed. † Quod & Papiniano I. Conſultorum acutiſſimo eueniſſe credendum eſt, qui iuuenis admodum ſub Seuero in ſummam commendationem venit, ac trigeſimum ſeptimum annum agens Caracallæ nequiſſimi hominis iuſſu uita demptus eſt, quod fratris necem, quem Imperator ipſe interfece-

17 rat, apud ſenatum excuſare noluiſſet, † aſſerens non tam facilè homicidium excuſari, quàm fieri poſſe, ita Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 6. cap. 23. Gugl. Bud. ad l. 1. ff. de iuſt. & iu. Socci. in l. cum auus. in prin. de cond. & dem. Silua Nupt. lib. v. num. 13. Iaco. Meno. de recup. poſſ. remed. 9. n. 355. & Tiraq. de Iure primog. in præf. n. 101.

18 Longè tamen diuerſum † Accurſio contigit, quem octo, & viginti annos natum, alij quadragenarium, ciuilia iura incohaſſe refert Luc. de Pen. in l. vni. C. de ſtud. liber. Vr. Ro. lib. 11. & Tiraq. præcit. loco n. 102. etſi eius filium decimo ſeptimo ætatis anno laureatum refert Io. Fab. in §. 1. Inſtit. quib. ex cau. manu. & meminit Reſtau. de Imper. q. 37. num. 17. Nec deſunt qui iuri ciuili ingraueſcente ætate operam dare cœperunt. Seruius Sulpitius alioqui Orator maximus, velut contumelia Q. Mutij tractus, iuri ciuili prouectiore ætate operam dedit,

l. 2. §.

19 l. 2. §. Seruius autem. de orig. iur. † Catonis forſan Cenſorij exemplo, qui gręcas literas addiſcere Cenſor nõ erubuit, minusque ſenex deſperauit, teſte M. Tull. de Senect. & Acad. quæſt. lib. 4.

20 Item † Mulier doctorari non poteſt, cap. mulierem. 33. q. 5. l. fœminę. ff. de reg. iu. Bar. in l. fi. ſub num. 16. ff. de coll. illic. & in l. 1. num. 18. C. de dign. lib. 12. & licet Alberi. in l. qui filium in fi. ff. vbi pup. edu. deb. & Andr. Tiraq. de Legi. connub. leg. 11. num. 30. referant Accurſij filiam publicè iura ciuilia Bononiæ docuiſſe, illam tamen gradum eſſecutam eſſe non conſtat.

21 Nec inſiſtam, an quis † poſt mortem doctorari poſſit, vt curioſè dubitauit Abb. in c. à nobis, il 2. de ſent. excom. nam & Martial. Epigr. lib. 1. inquit.

—— Cineri gloria ſera venit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſulti appellantur Doctores, & Domini, aliarum verò ſcientiarum profeſſores Magiſtri.*

2 *Vxor doctoris domina appellari debet.*

3 *Vxorem dominam appellare doctor non tenetur.*

PRIVILEGIVM LXV.

I. Conſulti Domini, & Doctores appellantur, aliarum verò ſcientiarum profeſſores magiſtri.

QVamuis I. Conſulti magiſtrorum nomine contineantur, l. cui pręcipua. de ver. ſig. §. in his igitur, in proœ. Dig. l. dicere. §. Caſſius. de arbi. Eo tamen omiſſo, quòd nimis generalę videretur, † Doctores appellantur, aliarũ verò ſcientiarũ Magiſtri, l. ſed & reprobati. in fi. Ibi, legũ verò doctores. ff. de exc. tut. l. medicos. & ſeq. C. de pf. & med. lib. 10. gl. in clem. 2. in ver. doctoratus. vbi Imo. n. 6. de magi. Abb. in c. 1. n. 5. de loca. Petr. Rębuf. ſup. concord. in rub. de collat. in ver. magiſtrǫ. Idque ex eo forſan ab eis factũ eſt, quod Saluator noſter voluit vocari magiſter, nobiſque id ipſum prohibuit inquiens, Nolite vocari Rhabbi. Id tamen verè oſtendens, ne quis magiſtri nomen ambiret, etſi magiſtrum eſſe non prohibuit. Si tamen ita alicubi nominentur, vſus attendi debet, l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. Abb. in d. c. 1. num. 5. Imo. in d. clem. 2. num. 6. Domini quoque dicuntur, Auth. habita. ibi, coram Domino ſuo. vbi not. C. ne filius pro patre.

Bal.in l. ſecundùm.C.de contr.& commit.ſtipul.Ea ratione quia imperitis dominantur,Grat.con.116.n.7.lib.2. † Eorumque vxores dominæ appellari debent, vt not.gl. in d. l. medicos.Bar. in l.pen. de donat. inr. vi.& vx. & in l.ſi poſt mortem.§.fi.n.3.de bon. poſ. con. tab.Dec. in l.1.in prin.C.de in ius voc. & in l. fœminæ, de reg. iu. & olim apud veteres frequens fuit,vt is cui honorem præſtare voluiſſent, Dominus nuncuparetur,gl.in l. cùm quis decedens. §. Seium.in ver. dominum. de leg. 3. & Martialis indicat.

Mane ſalutaui vero te nomine caſu,

Nec dixi Dominum Ceciliane meum.

3 † Vxorem tamen Dominam vocare Doctor non tenetur, præſertim ſi id ab eo aſſecuta ſit,vt poſt Bart.dixit Corſe. de pot.& excell.reg.q.30. & Caſſen. in cathal. gl. mun.par.2. conſid. 31. verſ. vlt. Vxor enim diuinis legibus eſt ſub poteſtate viri,quę mulieris caput dixit D. Paul. 5. ad Epheſ. & habetur in c. 1.de frig. & mal.ei ſi eam dominam appellare non prohibetur, arg. l. fi. §. vxori. ff. de auro, & arg. leg. & ſenſit Bar.in l.ſi iudex.in fi. à contrario ſenſu. de minor. ſeque vxorem dominam vocitaſſe inquit in l. donationes. C.de dona.in. vir.& vxo.& dixit Alcia.in l.1.in ver.vxori. C. de in ius voc. Multis præterea nominibus I. Conſulti in iure appellantur, quæ refert Bologn. in Auth.habita.nu. 29. C.ne fil. pro pat.

SVMMARIVM.

1 *L. ad perſonas ægregias.ff. de iureiur. doctoribus competit.*

2 *Aegregia perſona dicitur etiam Aduocatus.*

PRIVILEGIVM LXVI.

Doctor gaudet priuilegio leg. ad perſonas ægregias. ff. de Iureiur.

INter ægregias perſonas,quibus à Iudice domum mitti ſolet ad iusiu
1 randum,vt reſp.Paul.in l.ad perſonas ægregias.de Iureiur.† Doctores refert ibi gl. quam alij ſequuntur, & Bolog. in Auth. habita. n. 68. C. ne fil.pro pa. Abb. in c. ſignificauit.de offic. ord. & in c.ſi qui teſti-
2 um. vbi Feli. n. 5. in fi. de teſti. Iaco. Meno. caſu 70.n.9. & ſeq. † vbi Aduocatum quoque enumerat,cùm depoſito etiam aduocationis officio clariſſimus dicatur,Bar. & Aret. in l. 1.C. de adu.di. iud. Tiraq. de Nobil.c.29. n. 10.& Feli.præcitato loco, qui poſt Abb.id intelligit niſi cauſa

ſi cauſa ſit criminalis, vel ciuilis ardua, quæ alteri committenda non eſſet, ſed Iudicis præſentiam requireret.

PRIVILEGIVM LXVII.

Diſpoſitio leg. Centurio. ff. de vul. & pup. Doctoribus competit.

ETſi non parua eſt diſceptatio apud noſtros, an Priuilegium militibus conceſſum in d. l. Centurio. Doctoribus competat, vt pro negatiua ſenſerit vterque Socci. Claud. Iaſ. Rip. & Alcia. ibi, & Roma. in
1 l. quanquam. n. 2. C. de milit. teſt. † Quia tamen plerique & magnæ auctoritatis viri contrariam ſententiam veriorem affirmant, id inter cætera deſcribendum duxi, ita Alex. in d. l. Centurio. n. 17. vbi Galia. num. 42. & ſequuntur Moder. Papien. & Peruſ. in tract. compend. par. 5. q. 3. præmiſſ. 4. Hancque communem dixit Zaſius in l. miles. n. 8. de re iu. & crebriùs receptã Coraſ. in l. precibus. n. 20. C. de impub. & alijs ſubſt. Mouentur omnes (omiſſis alijs, quæ non leuia ſunt) ex l. aduocati. quę omnem cauſam diſputationi dedit, ibi, militant namque cauſarum patroni. C. de adu. diu. iud. Eos etenim, quorum par, vel ſimilis militia eſt, iiſdem quoque priuilegijs gloriari oportet, l. fi. quæ optimè facit, C. de palat. ſacr. larg. lib. 12.

PRIVILEGIVM LXVIII.

Doctor præfertur in detentione inſtrumentorum.

QVamuis in detinendis inſtrumentis antiquior præferatur, l. cùm pater. §. pater pluribus. vbi not. de leg. 2. Inter plures tamen fra-
1 tres, † is qui doctor exiſtit, tanquam dignior debet tenere inſtrumenta communia, ad tex. in l. fi. vbi Floria. id notat. de fi. inſtru. Bologn. in Auth. habita. n. 59. C. ne fil. pro pa. & faciunt quæ ſcribit Iaſ. in l. procurator. num. 3. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Faber obſtrepens prope Eccleſiam expelli poteſt.*
2 *Fabrum obſtrepentem quo caſu doctor expellere poſſit.*
3 *Studiorum cauſam vtiliorem eſſe, quàm artificum.*
4 *Iuriſconſultos partem ciuitatis conſtituere.*

5 *Plato-*

5 *Platonis locus de Regno.*
6 *Magiſtratus an gerere poſſint literarum imperiti.*
7 *Aſſeſſor an doctor eſſe debeat.*
8 *Militum magiſtro licere inter ſuos milites iudicare.*
9 *Priuilegia ſine alterius iniuria videri conceſſa.*
10 *Impoſſibilia dici, quæ commodè fieri non poſſunt.*
11 *Fabrum expellere tam publicis profeſſoribus, quàm Aduocatis, & Scholaſticis licere.*
12 *Artem fœtidam exercens expelli poteſt.*
13 *Scholaſticus doctorem interlegendo impediens expelli poteſt.*
14 *Scholaſticos ſibilationibus doctores impedientes triduo excommunicatos eſſe.*
15 *Fabri expellendi cauſa agi poteſt die feriato, nec à ſententia appellatur.*

PRIVILEGIVM LXIX.

Doctor fabrum obſtrepentem expellere poteſt.

SIcut faber obſtrepens propè eccleſiam, ac diuina impediens expelli poteſt, ad tex. in c. pridem. 18. q. 2. quem ſing. dixit Roma. in l. 1. n.
2 34. Iaſ. n. 45. Rip. n. 131. & Alcia. n. 52. & ſeq. ſol. mat. † Ita Doctoris ſtudia, ſeu lectionem impediens repelli poteſt, vt ſcribunt omnes in d. l. 1. Glo. fi. in l. vni. C. de ſtud. liber. vr. Ro. lib. 11. Abb. in c. vlt. in fi. de iudic. Iaſ. conſ. 218. lib. 2. & Iacob. Menoch. de arb. iud. caſu 237. qui egregiè more ſuo hac in re multos caſus facit, cuius ordinem nonnullis additis ſequar, quem etiã ſuperiori anno in Gymnaſio Patauino præceptorem audiui.

Iuxta igitur veram, atque receptam diſtinctionem. Iaco. de Are. cuius opiniones, vt alicubi teſtatur Bart. ſemper de mente iuris veniunt. Primus caſus à Menochio conſtituitur, cùm doctor fabrum præuenit, eo enim caſu ſine dubio faber expelli poteſt, ita Bart. in d. l. 1. n. 30. vbi Rip. n. 130. & Abb. in d. c. vlt. in fi. nam præuentionis iure potior efficitur, l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. Quod tamen intelligunt niſi loci conſuetudo fabrum defenderet, vt ſi doctor in via fabrorũ domum conduxerit, ſi enim poſtea vicinus faber moriatur, alter demortui domum conducens, repellendus non eſt, vt poſt alios Menoch. d. caſu 237. num. 8. qui talem conſuetudinem iudicis arbitrio iudicandam tribuit.

Secundus eſt caſus, cùm eodẽ tẽpore ambo concurrunt, & hoc quoque caſu fabrum repelli dixit Rip. in d. l. 1. n. 129. & Socin. Iun. num. 272.

3 272. † quia cùm vtilior ſit ſtudiorum cauſa, quàm ipſius fabri; præfe-
renda eſt, ad l. qui maiorem. ff. de iudi. & l. obſeruare. §. proficiſci. de
offic. proconſ. qua ratione, etſi non appareat, quis eorum primus do-
mum conduxerit, idem eſt iudicandum, l. in ambiguis. ff. de iu. dot.
Solus Vaconius lib. 1. declar. iuris. cap. 31. contrariam ſententiam de-
fendere conatus eſt, dum fabrorum cauſam ea ratione vtiliorem affir-
mabat, quòd artifices faciant partem ciuitatis, auctoritate Phil 2. polit.
& oſtendit Socrates apud Plat. lib. 2. de Republ. Magiſtratus verò, qui
ciuitatis partem conſtituunt, imperitos ciues gerere poſſe, l. certi iu-
ris C. de iudi. Verùm ſatis colligitur ex Ariſt. diuiſione polit. lib. 4. &
4 6. † Iuriſconſultos ſub ſexta ſaltem parte comprehendi, quæ omnium
maxima ab eo nuncupatur, Iudicium ſcilicet de commodis, & iuſtis in-
ter ipſos ciues, quod à Iuriſconſultis ipſis faciendũ eſſe ſanciuit Imper.
in §. fi. in proœ. Inſt. & in Auth. de iudi. in prin. Quocirca ſcripſit Bal.
Rempub. ſine Iuriſconſulto ſtare non poſſe, & Plato eas Reſpubl. bea-
5 tas exiſtimauit, quas docti, & ſapientes viri adminiſtrant. † & clariùs
de Regno, in fi. noſtram ſententiam probat: Omnes artes, inquiens, in
ciuitate proprijs incumbunt operibus, neque inuicem dominæ ſunt,
eam verò, quæ cunctis his præſidet, omniaque contexit ciuilem ſapien-
6 tiam nuncupamus. † Nec literatum imperiti (vt Vaconius ſenſit) ma-
giſtratus gerere poſſunt, eos ſaltem, quos iudicandi munere fungi opor
tet, vt aliàs diximus. Et licet olim apud pleroſque contrarium obſer-
uatum ſit, ipſis Aſſeſſores aderant, qui eorum occupationes adimplen-
tes cauſas iudicabant, §. 1. verſ. noſtris enim adminiſtratoribus. in Au-
7 then. de iudi. & oſtendunt tituli Dig. & C. de offic. aſſ. In quibus etſi †
doctorea dignitas de iure non requiritur, iuris tamen peritia neceſſaria
eſt, Sali. in l. 1. C. de pœn. iud. ma. iud. Purpu. in l. 1. n. 72. vbi Ioan. Bo-
log. n. 13. ff. de offic. aſſ. Ripa in c. decernimus. n. 58. in fi. de iudi. Quòd
ſi in d. l. certi iuris, & in l. viros. C. de diuer. off. lib. 12. artifici in eius
8 artificio, † & Magiſtro militũ inter ſuos milites iudicandi facultas data
ſit, ex eo factum eſt, quòd vſu quodam eius rei peritiam habeãt, vt poſt
Coraſ. lib. 5. miſcel. iu. c. 19. & Rober. Aureli. lib. 3. ſent. iu. c. 3. inter-
pretatur Meno. d. caſu num. 16. Sicut igitur ſolus eſt Vaconius, ita nec
ſatis ſapit, cùm Ariſtotelis diuiſionem noſtræ fauere ſententiæ dignoſ-
catur. Hunc tamen caſum, vt primum declarare neceſſe eſt.

Tertius proponitur caſus, cùm Faber Doctorẽ præuenit, qui cõmodè
alibi habitare poſſit, & veriùs eſt fabrum expelli non poſſe, vt poſt Iaco.
de Are. & Bar. ſcripſit Ripa. in d. l. 1. n. 130. in fi. idque ratione præ-
uentionis, l. ſi pluribus. de leg. 1. & ex eo confirmatur, quòd † priuile-
gia ſine alterius iactura videntur conceſſa, l. 2. §. merito. & §. ſi quis

à prin-

à principe.ff. ne quid in lo. pub. l.impuberi. ff. de admi. tu. quæ fabro inſerretur, ſi Doctor, qui alibi habitare poteſt, iam à fabro præuentus eum expelleret, & doctoris negligentiæ tribuendum eſt, qui tale impedimentum præuidere potuit, nec euitauit, ad l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff.qui ſatiſd.cog. & conſiderauit Rip. d. n. 130.ex quibus ſatis apparet Camil. Viſitar.qui in d.l.1.n.185. contrarium defendere viſus eſt; non rectè ſenſiſſe, cuius rationibus ſatisfacit relatus Menoc. n. 21. qui hanc doctoris commoditatẽ aliò habitandi iudicis arbitrio dignoſcendam aſſerit. Idque intelligunt, niſi faber contuliſſet ſe ad habitandum in loco, in quo doctores habitare, & profiteri conſueuerunt, etſi nullus eo tempore inhabitet, nam & eo caſu faber repelli poterit, eiuſque culpæ tribuendum eſt, ex quo ille cogitare debuit, futurum quandoque, vt vel reuertantur Doctores, vel priſtinum reſtituatur Gymnaſium, ad tex. in l. ſi quis domum.§.ſi.ff.loca. ita Bar.in d.l.1. in fi.Alex. n.51.verſ.& quamuis.Rip. n.130.Anchar. & Imo.in c.1. de loca.Ioa. Andr.Butr. & Abb. in c.fi.de iudi.quam etiam conſuetudinem iudicis arbitrio tribuit Menoc.n.22.in fi.

Quartus caſus conſtituitur, vt faber, etſi Doctorem præuenit, repelli poſſit, ſi Doctor alibi commodè habitare nequeat, idque communiter receptum dixit Rip.d.n.130.verſ. & alibi ſcholæ.eam rationem adducens, quia propter neceſſitatem diuina etiam reuerentia frangitur, l. omnes. C.de ferijs. Et quamuis Doctor ibi neceſſariò habitare non cogatur,

10 † ſatis tamen erit, ſi alibi commodè habitare non poſſit, ob publicã vtilitatẽ, ad gl.in l.nepos proculo.de ver. ſig. Dec.con.555.n.13.Aym. con.199. num.2.& con.241.n.20.& Menoc. d.caſu.num. 24. qui talẽ incommoditatem iudicis arbitrio relinquit, an ea impoſſibilitati finitima ſit.

Quintus proponitur caſus, cùm faber Doctorem præuenit, ſed alibi commodè habitare poteſt, quamuis enim Doctor alibi commodè habitare poſſit, ſi tamen ob maiorem commoditatem, ac vtilitatem, vult eo loci habitare, præferendus eſt commoditati fabri, cùm ei nullum detrimentum, Doctori verò qualequale commodum afferatur, quod etiam iudicis arbitrio iudicandum dixit Menoc. præcit.loco num.20.

11 Ampliatur primò, vt † tam publicis Profeſſoribus, quàm Aduocatis id competat, cùm pat ſtudiorũ, & publicæ vtilitatis ratio ſit, vt poſt alios Rip. in d.l.1.num.132.Alcia.num.52.in fi. Socci.Iun.num.272. Qua ratione & in Scholaſticis, ſi tamen ij ſtudeant, nec in eorum libris digito ſcribi poſſit; idẽ reſponſum eſt, nam & in illis, cùm ad doctoratus apicem peruenerint, publica ſperatur vtilitas, Alex. ibi, n.53.Iaſ.n.46. Rip.n.134.Parpal. reiecta Imolæ opinione, n.48. & Socci.Iun.n.276.

12 Amplia-

12 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiã in alio impedimẽti genere, † vt ſi mali odores in domum doctoris, vel gymnaſium inferantur, quibus ſtudium impediatur, nam etſi quodlibet in ſuo facere liceat, id tamen verum eſt, dummodo aliquid in alienum non immittatur, quod & in ſtrepitu, & malis odoribus euenit, Abb. in c. cùm inter. in vl. not. de cõſue. & Rip. in d. l. 1. n. 172. in fi. qui propterea voluit pelliparios, ac ſimiles expelli poſſe, l. 2. §. idẽ ait. ff. ne quid in loco pub. Barth. Cœp. de ſeru. vrb. præd. c. 31. ſub rub. de ſeruit. proijc. & notat Petr. Rebuf. de priu. ſchol. priu. 3. n. 8. quin & importunos campanarũ ſonus impedire doctor poteſt, Alcia. in d. l. 1. in fi. & parerg. c. 11. Profeſſor quoque ſi alta voce alium impediat, cogi poterit, vt dimiſſiùs legat, & in cõcurſu
13 vocũ ei magis fauendũ eſt, qui vtiliùs legit. Sicut etiam † Scholaſticus, qui altè legẽdo, vel obſtrepẽdo ſocios, aut profeſſorẽ ipſum perturbet, impediri poteſt, Specul. in tit. de iudic. §. generalia. verſ. hinc etiam. Bal. & Ang. in l. 1. C. de ſtud. liber. vrb. Romæ. lib. 11. & declarãt Alex. in d. l. 1. n. 52. Iaſ. n. 47. & Rip. nu. 135. cum ſeq. nam & ij, vt Hiero. inquit, ad auriendas aquas veniunt, & vaſis recedunt vacuis. Quinimò
14 † Scholaſticos ſibillationibus docentes impediendo per triduum excommunicatos cenſuit Roma. ſing. 673. & Iaco. Menoc. de recup. poſſ. remed. 13. n. 96. & in eos inuehitur Neuiz. Syl. nupt. lib. 5. n. 54.
15 Ampliatur quarto, vt † hæc expulſionis cauſa die feriata agitari poſſit, ex quo ob publicam vtilitatem celeritatem deſiderat, ita Spec. in tit. de ferijs. §. ſequitur. verſ. ſed quid ſi magiſtraliter. Abb. in d. c. vl. in fi. de Iudi. Franc. Mar. dec. 635. n. 8. Et à ſententia lata appellari non poteſt, cùm ſtudium dilationem non patiatur, ad tex. in l. fi. ff. de appel. recip. Bal. in l. fi col. pen. C. ſi de mom. poſſ. Roma. in d. l. 1. n. 33. vbi Iaſ. n. 45. verſ. quartò adde. ſol. ma. Dec. con. 70. in fi. & Tiraq. de priu. piæ cau. in præfat, verſ. item relictum cauſa ſtudij.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus maximus ſemper honor habitus eſt.*
2 *Iudicandi munus I. Conſultorum proprium eſſe.*
3 *Thebani imaginem Iudicis ſine manibus, Principis verò ſine oculis in foro propoſuere.*
4 *Principes, atque Iudices ſua vitia, virtuteſque in ciuitatem infundere.*
5 *Cyri Perſarum Regis ſententia.*
6 *Iudicum menti duos ſales ineſſe debere.*

O PRI-

PRIVILEGIVM LXX.

Iudicandi munus Iuriſconſultorum proprium eſſe.

1 QVia iudicibus ob præcipuam quam habent Reipublicæ curam, maximus ſemper honor impendi conſueuit, quod teſtatur Calli-
ſtrat. in l. obſeruandum. in fi. ff. de offic. præſi. & in l. ſemper. in prin. de
2 iure immu. Illud etiam referendum eſt, † Iudicandi munus Iuriſcon-
ſultorum proprium eſſe, vrbes, ac prouincias gubernare, ac cæteris om-
nibus imperare, vt ſanciuit Iuſtin. in Auth. de iudic. in princ. ibi, non
enim exiſtimauimus. & clariùs in proœ. Inſt. in fi. ibi, poſſe etiam no-
ſtram Remp. Vbi glo. & alij notant, Iuriſprudentiam ſuos profeſſores
nobilitare, eoſque facere per orbem terrarum ſolenniter principari, &
habere ſedem in aula imperiali: & facit tex. in c. 1. in fi. de conſan. & affi.
Curandũ eſt igitur, vt eorũ conſcientia cõſtans ſit, quæ neq; inflecti
gratia neq; perfringi potẽtia, neq; adulterari pecunia poſſit. Quod ęgre-
3 giè † à Thebanis olim demonſtrabatur, dum Iudicũ imaginẽ ſine ma-
nibus, Principũ verò ſine oculis in foro propoſuere, vt ſignis oſtende-
rent, eos affectibus capi non oportere, teſtis eſt Alex. ab Alex. Dier. ge-
ni. lib. 3. c. 5. circa med. Quorum deinde integritas ſalus ſubditorum
4 eſt. Namque † ſicut Principes non ſolùm bonos, maloſve mores in ſe
concipiunt, ſed eos infundunt in ciuitatem ipſam, cùm illos plerunque
ſoleant homines æmulari, Ita inculpati Iudicum mores aliorum regi-
mini plurimum conferunt, vt enim præclarè inquit Claudianus:

——— Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Et legimus Eccleſiaſt. cap. 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales & in-
5 habitantes in ea. † Hinc Cyrus Perſarum Rex iurè aſſerebat, Nemi-
nem debere ſuſcipere principatum, niſi melior eſſet his, quibus impe-
raturus eſſet, quaſi id præſtare nemo poſſet, niſi qui ſapientia, vigilan-
tia, animique integritate cæteris antecelleret. Et Bal. in l. 1. num. 7. C.
6 de ſent. ex breu. recit. rectè monuit, † in mente iudicũ duos ſales requi-
ri, ſcientiæ vnum, ne ſint inſipidi, conſcientiæ alterũ, ne ſint diabolici.
& commendat Barba. in cap. quoniam. §. in alijs, vt lit. non conteſt.
Roma. ſing. 200. Iaſ. in l. rem non nouam. num. 6. C. de iudi. Sylua
Nupt. lib. 5. ſub num. 90. Et meminerint, cùm ab eis ferenda ſententia
eſt, Deum Opt. Max. habere teſtem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aduocatos, & Iudices iuſtos magis mereri, quàm monachos, & ſimiles religioſos.*
2 *Vita actiua eſt vtilior, quàm contemplatiua.*
3 *Aduocationis officium quare inuentum.*
4 *Clerici quo caſu aduocare poſſint.*
5 *Clericos in cauſis etiam ſanguinis patrocinari poſſe.*
6 *Sancti plures aduocati.*
7 *Saluator noſter fuit, & eſt pro nobis Aduocatus apud Patrem.*
8 *Pauperibus quando gratis patrocinari aduocati teneantur.*
9 *Aduocatus iniuſtam cauſam fouens quibus caſibus teneatur ad intereſſe.*
10 *Aduocatus, qui iurauit Eccleſiam defendere, non incidit in periurium ſi recuſat defendere iniuſtam cauſam.*
11 *Aduocatus aſſerens ſe conſcientiæ cauſa à lite recedere, non præiudicat clientulo.*
12 *Aduocatus contra conſcientiam etiam erroneam patrocinari non debet.*
13 *Conſcientiæ dictamini contrafacere peccatum eſt.*
14 *Conſcientiæ ſtimulis noſtrum nobis ſcelus continuè exprobat.*
15 *Iudices miſerabilium perſonarum patres eſſe debent, earumque cauſas gratis, & quamprimum expedire.*
16 *Iudices æquitatem ſequi debere.*
17 *Salomon cur nimium iuſtos nos fieri vetuit.*
18 *Decimas ſoluere tenentur aduocati, & iudices de eorum quæſitis.*
19 *Auaritia aduocatorum improbatur.*
20 *Aduocatum propriè dici, qui iuſtam cauſam defendendam ſuſcipit.*
21 *Aduocatus malus malæ cauſæ inditium præſefert.*
22 *Aduocatus veritatem ſcienter impugnans dicitur incurrere peccatum in Spiritum ſanctum.*
23 *Iudicem iniuſtum iudicem non eſſe.*

PRIVILEGIVM LXXI.

Aduocati, & Iudices ſuo munere iuſtè fungentes magis merentur, quàm monachi, & ſimiles religioſi.

1 NEc omittendum eſt † Aduocatos, & Iudices eorũ officio iuſtè fungentes non minùs mereri, quàm monachos, & ſimiles religioſos, Ita ſing. dixit Hoſt. in proœ. Sum. ſub n. 8. quẽ ſequitur And. de Iſer. in proœ. Feud. allegãs illud Danielis c. 12. Qui ad iuſtitiã inſtruũt multos,

fulgebunt veluti ſtellę in regno Dei. Alber. in l. 1. vbi Iaſ. n. 8. de iuſti. & iu. Rip. in l. 1. nu. 132. ſol. mat. & de remed. ad conſer. vbe. nu. 217. Caccial. de aduo. q. 2. in prin. Ioan. de Arno ſing. 23. ſępe audiui. Rola. conſ. 36. n. 3. lib. 3. & plura, quæ tamen affirmare non auderem, ad id congerit Lud. Gomeſ. in tract. expect. nu. 52. Ea poteſt adduci ratio, ꝗ

2 † quamuis contemplatiua ſit magis tuta, ac ſuauis, actiua tamen & politica eſt magis vtilis, c. niſi cùm pridem. §. ne putes. de renunc. cùm in fœcunditate ſobolis lippitudo Lię Rachelis pulchritudini ſit prælata. Sicut enim monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, c.

3 monachus. 16. q. 1. † Ita aduocati officium publicum eſt, eaque de cauſa inuentũ, vt ijs ſuccurratur, qui ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant, l. 1. de poſtul. l. aduocati. C. de aduoc. diu. iu.

4 † Hinc clerici, & ſacerdotes, quorum officium eſt nulli nocere, omnibus velle prodeſſe, c. cùm ſacerdotis. de poſtul. aduocare poſſunt pro ſe ipſis, pro ſua eccleſia, pro coniunctis, & pro miſerabilibus perſonis,

5 c. 1. vbi not. de poſtul. Imò & in cauſis ſanguinis pro reo patrocinari eis licet, ſi tamen iuſtè, & ſine alterius iactura id fiat, Hoſt. & Ioa. And. in

6 d. c. 1. Vbi Abb. n. 5. de poſtul. † Quod Diuo Ambroſio fortè contigit, quem legimus vndecim annis in foro cauſas egiſſe, eoq; munere Iuonem, & Germanũ, necnon Lipardũ Diui Leonardi Magni fratrem functos, & in Sanctorũ numerũ relatos inquit Lud. Gomeſ. in oratione im-

7 preſſa poſt lectu. 6. n. 17. Et † Seruator noſter Aduocatus extitit Magdalenæ, mulieri de adulterio accuſatę, diſcipulis ſuis, & nobis omnibus aſſiduè exiſtit in cęlis apud Patrem, vnde Apoſt. ad Hebr. Introiuit Chriſtus in cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis, & alibi. Aduocatum enim habemus Ieſum Chriſtum iuſtum, cap. ſi enim. col. 3. verſ. ſi quis peccauerit. de pœnit. diſt. 2. & not. Alberi. in l. vni. C. de ſuffr.

Vt igitur relato priuilegio aduocati fruantur, Illud in primis ab eis

8 obſeruandũ eſt, vt auaritię labe penitus abſtineant, † atque pauperibus ſaltem gratis patrocinentur, vt not. Bal. in l. ſi furioſi. in ver. gratis. C. de nupt. nec iuramentum aliàs præſtitum obſeruandum eſt, teſte eodẽ in l. ſi ad excludendam. poſt med. C. de iureiur. Feli. in c. 1. n. 4. de off. iud. quod menti tenendum inquit Iaſ. in §. omnes. verſ. tripli. de actio. Nam & in conſcientia rei exiſtunt, ſi pauperi iuſtam cauſam fouenti in neceſſitate litis non ſuccurrunt, S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 1. & 4. & S. Antoni. in ſum. par. 1. par. 3. prin. tit. 6. §. de ſalarijs aduocatorum. in fi. Viguer. in ſuis Inſt. Theol. cap. 5. §. 2. verſ. 8. incip. Aduocati. Hoſt. Card. Abb. & Feli. in d. c. 1. de offi. iud. Alberi. in l. vni. C. de ſuffr. Ripa in l. ſi conſtante. num. 35. ſol. mat. Rol. conſ. 36. n. 3. lib. 3. Tenentur enim ſi aliàs ad victus ſufficientiam habeant, dilatis etiam diuitum negotijs,

de ſua ſcientia eleemoſynam facere, ne pereat iuſtitia pauperis, ſiue alterius miſerabilis perſonæ, cuius infortunium expenſarum detrimento pergrauandum non eſt, l. diuo Marco. ff. de offic. præſ. qua neceſſitate ceſſante venialiter peccant, vt poſt D. Thomam explicat Domin. Soto de iuſti. & iu. lib 5. q. 8. art. 1. & Couar. pract. quęſt. cap. 6. nu. 4. & var. reſol. cap. 14. in princ. qui dixerunt eos ad hoc iudicis officio compelli poſſe, cuius mandato ſi non obtemperauerint, aduocationis munere ſuſpendi poterunt, Rom. ſing. 26. & iudicis arbitrio puniri dixit Menoc. caſu 369. num. 4. Quin & iudex ipſe mortaliter peccat, ſi pauperi in neceſſitate non prouideat de aduocato, eique gratis patrocinari præcipiat, Siluestr. in ver. aduocatus. num. 11. Nec aduocatis id tam arduum videri debet, cùm poſſint à parte ſuccumbēte debitum ſalarium ſperare, & à Deo, qui nullum bonum irremuneratum ſinit, retributionem.

9 Sed & illud animaduertendũ ab eis eſt, vt † iuſtam cauſam foueant, neve parti aduerſę iniuriam inferant, alioquin ad intereſſe tenentur, Alex. in rub. C. de procur. n. 2. Dec. in l. conſilij. de reg. iur. Roma. con. 129. & aduertit D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. Silueſt. in ver. aduocatus. n. 5. & Angel. n. 13. aſſerentes idem eſſe ſi aduocatus decepit clientulum ſuadens cauſam eſſe iuſtam, qui aliter non litigaſſet, ad tex. in l. nō eſt ignotum. C. de adm. tut. nam qui malum cooperatur, eiuſdem eſt iniquitatis reus, vt Paul. admonet. 1. ad Roma. Vel etiam ſi in proceſſu cauſæ appareat de iniuſtitia, quo caſu, etſi id aduerſario indicare nō debet, neque ſecreta detegere, debet tamen à patrocinio deſiſtere, ac propriam ſententiam ſuæ parti indicare, eamque ad honeſtam concordiā inducere, vt poſt alios Nauar. in manua. conf. c. 25. n. 28. Tenetur etiā parti læſæ ad damnum incurſum ex ſua negligentia, etiam in foro contentioſo, Angel. in l. ſi vacantia. col. 5. C de bon. vac. lib. 10. Maria. in c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. in vlt. col. Feli. in c. paſtoralis. n. 14. de iudi. Qui docuit idem eſſe ſi ex ignorantia partem lædat, etiam ſi adhibeat omnimodam diligentiam ne noceret, ad tex. in c. non eſt ſine culpa. vbi glo. & Ioan. And. de reg. iur. lib. 6.

Cùm igitur conſuleris aduertendum maximè eſt, vt nec in re tuo iudicio clara præcipiti diffinitione reſpondeas, niſi forſan certa, conſtantique opinione arbitreris conſulentis partibus nō adeſſe iuſtitiam, Dimittendus enim abs te confeſtim eſt, ne vel in vanam ſpem eum conijcias, vel pecuniam recipiens iniquè defraudes, iniuſtas partes ad ius redigi, defendique poſſe tibi ipſi falsò perſuadens, quod & admonuit Lancel. Poli. de Off. aduoc. verſ. Prudentiam. Quare etiam aduocatus, qui iurauit Eccleſię cauſis adeſſe, non incidit in periurium ſi recuſat defendere

ſendere iniuſtam cauſam, cap. breui. in fi. Vbi Canon. not. de Iureiur. Iaſ. con. 94. col. fi. lib. 3. ea eſt ratio; quia Aduocatus ſuo iuramento ligatur ad defendendum cauſam iuſtam, l. rem non nouam. §. patroni. C. de Iudi. nec eo caſu ſubſtitutum dare tenetur, ſicut enim propriā conſcien-
12 tiam lædere non debet, ita nec alienā. Quamuis † Aduocatus aſſerens conſcientiæ cauſa ſe à lite diſcedere, non præiudicat clientulo, d. l. rem non nouam. §. ſi. quem tex. ad hoc notabilem dixit Bal. in c. ex parte. n. 4. in fi. de poſtul. † Quinimò, quod tutius eſt, contra propriam conſcientiam etiam erroneā patrocinari non debet, vt docuit Abb. in c. per tuas. il. 2. de ſimo. Iac. Meno. caſu 494. n. 15. & ſeq. Nauar. in c. ſi quis autem.
13 ꝟ. 84. de pœnit. diſt. 7. Nec mirū, † talis enim credulitas facit, vt is quoque mortaliter peccet, qui actū facit, quem mortale crimen opinatur, licet verè ad mortale non pertineat: Sicut etiam venialiter peccat, qui fecerit id, quod credit venialem habere culpam, etſi nullā reuera habeat, vt docet Theologi in 2. ſent. diſt. 39. & ſeq. Florēt. in Sum. par. 1. tit. 3. c. 10. §. 4. & ex noſtris declarat Couar. varia. reſol. lib. 1. c. 1. in prin. Debemus igitur maximè extimare conſcientiā mentis noſtræ, quam (vt inquit M. Tull. pro Cluentio) à Dijs immortalibus accepimus, quę
14 nec à nobis diuelli poteſt. † Hinc noſtrum nobis ſcelus conſcientiæ ſtimulis continuè exprobat, quod & Poetæ in Oreſte, alijſque indicarūt: Sicut qui iuſtè, & honeſtè viuunt, & rite in cauſis verſantur, conſcientię ſerenitate mitam animi quietem, atque iucunditatem conſequuntur, quam etſi multi ſolam per ſe ad beatè viuēdum ſufficere arbitrati ſunt, plurimùm tamen conferre fatemur omnes. Vnde illa puerorum nænia apud Horatium.

——— Rex eris aiunt,
Si rectè facies, hic murus aheneus eſto.
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

15 Nec diſſimile eſt in Iudicibus, † qui miſerabilium perſonarum patres, atque defenſores eſſe debent, & pauperum cauſas ſummariè, ac ſine ſportularum ſolutione expedire, quod iubet Imper. in §. ſit tibi quoque vbi Bar. in Auth. de mand. prin. gl. in c. cum inſtantia. in ver. peregrinari de cenſi. Henric. Boi. in c. cùm ab omni. col. 11. in prin. de vit. & hon. cler. Rip. in d. l. ſi conſtante. n. 35. ſol. ma. Quinimò etſi peregrè proficiſcantur, expenſas ab ijs accipere non debent, vt inquit gloſ. in d. c. cum inſtantia, & in c. ſtatutum. §. inſuper in fi. de reſcrip. lib. 6. etiā ſi à paupere ſponte offerantur, vt ibi notant Archid. Ioa. Andr. & Domin. & probat Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 40. Debent etiam in multitudine cauſarum earumdem perſonarum controuerſias in primis diffinire, c. in primis, vbi gl. 2. q. 1. † Quos & æquitatem ſequi debere ſæpe dicitur, &

tur,& admonuit Conſt. Imp. in l. placuit. C. de Iudi. Placuit, inquiēs, in
omnibus rebus præcipuā eſſe iuſtitiæ, æquitatiſque, quàm ſtricti iuris
rationē, nam & ſummū ius ſummā iniuriam, quin & ſummā crucē an-
tiqui dixerūt, & probat Tiraq. de retr. ligna. §. 35. gl. 1. n. 4. & ſeq. Nec
17 ſanè alius ſenſus † Salomonis fuit, cum nimium iuſtos nos fieri vetuit,
eos profectò damnās, qui ſummo iure vterent, quod ex noſtris declarat
Albe. Bolog. hodię Card. in tract. de leg. in. & æquit. q. 3. n. 8.

Ex quibus ſatis apparet Aduocatos, & Iudices iuſtos multum ad bea-
titudinē promereri, Nā qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur,
inquit Dn̄s, & alias Beatus dicit, qui facit iuſtitiā omni tēpore. Qui pre-
18 terea meminerint, † de eorum quæſitis decimas ſoluere debere, vt poſt
Ancha. dixit Rebuf. de deci. q. 8. n. 20. gl. in c. decimę. 16. q. 1. & in c. pa
ſtoralis, vbi Hoſt. & Card. q. 7. de deci. quas in eleęmoſinas erogare de-
bēt curato indigēti, ac in cæteris pijs, & ſalutaribus, vt p Rebu. q. 16. n. 5.
19 † Quòd ſi auaritiæ labe polluti quaſi equo effręni, furentique vehan-
tur, nulla pauperū, & aliorū ratione habita, omnes extorqueāt, atq; reos
ipſos ferè hoſtiliter inſectēt, ſciāt melius illis eſſe, viā iuſtitię nō agno-
ſcere, quàm poſt agnitā retrorſum cōuerti, & cùm omnē mercedem in
vita recipere ſtudeant, in amaritudinē damnationis vertūt, c. quicunq;
11. q. 2. quos deprędatores, togatoſque vultures vocat Bar. in l. omnes
populi. 5. q. prin. de iuſt. & iu. multaque aduerſus eos congeſſit Zaſi. in
ſchol. ad l. 2. §. poſt hos quoque Tubero. in ver. nō obtinuit. ff. de orig.
iu. Sed & Auguſtini verba in ſermonibus referre libuit. Vę vobis ò Iudi
ces, væ vobis in æternū, quia nō eſt in vobis veritas, nō miſericordia, nō
pietas, non iuſtitia, nec ſcientia Dei inueniri poteſt.

Eo tamen caſu non artis, aut officij vitium eſt, ſed hominum eſſe con
ſtat, prout ſi Grammaticus barbarè quandoque loquatur, abſurdè canat
muſicus; medicuſq; remediū ignoret, aut aduerſum adhibeat, nec grā-
matica ipſa, vel muſica, aut medicina propterea damnanda eſt. Quare
notab. dixit Bal. in d. l. rem non nouam. §. patroni. per illum tex. C. de iu-
20 di. † Aduocatum propriè dici, qui iuſtam cauſam defendendam ſuſci-
pit, ſequitur Gramma. ad conſti. reg. lib. 1. de Aduo. ordi. num. 5. &
ex Theologis. Domin. Soto de Iuſtit. & iu. lib. 5. q. 8. art. 3. in tit. de
21 Aduo. Quo fit, † vt malus Aduocatus malæ etiam cauſæ inditium
præſeferat, atque ei, vt lib. 12. Quintil. inquit, etiam vera dicenti fi-
des deficiat, ad tex. in l. non omnes. §. à barbaris. de re. mil. et ſi plena
fide clientulos non defendat, perfidus dicitur, ad gloſ. in cap. irreligio-
22 ſum. 87. diſt. † Si verò ſcienter veritatem impugnet, peccatum in Spi-
ritum Sanctum incurrere videtur, nam & impugnatio agnitę veritatis,
inter ſex ſpecies enumeratur, vt patet in 2. ſenten. diſt. 43. & tradit

M i Ioan.

13 Ioan.à Capiſtr.in Speculo conſci.verſ. reſtat.n.5. † Et Iudex ſi iniuſtus ſit iudicis nomen non meretur, gl. in c. vera. 45.diſt. eius eſt enim ſemper verum ſequi, vt inquit M.Tull.primo.offic.& habetur in c.iuſtum. 23.q.2.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ſi iuſtam cauſam foueat, quo caſu poſſit aduerſarium decipere.*
2 *Iurare an poſſit nihil accepiſſe, qui mutuum ſecretò reſtituit.*

PRIVILEGIVM LXXII.

Aduocato iuſtam cauſam fouenti aduerſarium decipere licet.

1 QVamuis calliditas omnis ad decipiendum alterum adhibita doli pęna puniri ſoleat, l.1. §. 1.in fi. de dolo ma. † Aduocatus tamen ſi iuſtam cauſam ſuſceperit, Militis exemplo, poterit aduerſarium ſuũ decipere, vt ſing. dixit Glo. in c.dominus noſter.23. q.2. in ver. ex inſidijs.Marſi.ſing.177. Dec. in l. ea eſt natura. n. 3. vbi Hier. Cagn. n. 12.de reg. iu. Alcia.reg. 3. pręſ. 27. n. 2. Cotta Memorab. in ver. Dolum. Socci.Iun.con.143.ſub n. 5.lib. 3.Tiraq. in præf. vtr. retr. n. 70. Boſſ. in tit. de reſponſ. à reo faci. n. 21. Card. Alba. ad Bar. in l. 1. §. ait prætor. ſub n.6.de poſtul.& admiſit D.Thom.2.2.q.71.art.3.Sum. Antoni.par.3.tit. 6. §.1. Siluestr. in ver. Aduocatus.n. 6. & Armil. de Aduo. §. 19.

2 Quod ſanè intelligendum eſt, dummodo falſa probatio nõ fiat, Vnde nimis audacter Butr. in c. 1. de mut. peti.ſcrpſit, † quòd ſi mutuaſti mihi decem, quæ tibi ſecretò reſtitui, ſi tu iterũ illa petis, poſſum iuramẽto etiam affirmare, me nihil à te accepiſſe, quem ſequi videtur Dec. in d.l. ea eſt natura.n.3.Nam habenti iuſtam cauſam pro victoria deiecrare non licet, vt poſt D.Thom.tradit Sum. Angel.in ver.interrogationes, verſ.63.& gl.in c.cupientes.in ver. malignantium. de elect. lib. 6. Bal.in rub. C. de fi. inſtr. col. 8.verſ. incidenter etiam quæro.Anchar. con.145.Domini.in fi.& declarat Tiraq.in d.præfat.ſub n.69.neq; cõtra producentem falſum inſtrumentum vti licet falſo inſtrumẽto, Feli. in c.dilecti.ad fi.de excep. Nec aliter in ſimili conſuluit Iureconſultus in l.cùm pater.§.Titio.de leg.2.& in l.ſeruus dotalis.ſol.matr.Clauum enim clauo (vt veteri fertur prouerbio) eo caſu pellere licet, nec fraudi aſcribendum eſt, ſed prudentiæ, d.§.Titio.quem ad hoc notat Bal.con. 142. lib.1.& Ouidio Iudice lib.2.de Arte amandi.

Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium aduocato ex nudo pacto, imò & non conuentum deberi.*
2 *Leg. vnica C. de ſuffr. intellectus.*
3 *Succeſſor prælati tenetur ad ſalarium Aduocati eum defendentis.*
4 *Aduocatus propriam proſecutus cauſam poterit ſalarium petere, & ſi nihil exſoluerit.*
5 *Aduocato an liceat de quota litis paciſci.*
6 *Salarium Aduocato quale debeatur.*
7 *Aureorum æſtimatio quomodo facienda.*
8 *Salarium immoderatum reſtituere Aduocatum cogi.*
9 *Salarium in cauſa vitæ à iure limitatum non eſſe.*
10 *Honoris cauſa æquiparatur cauſę vitę.*
11 *Honor vitæ, rebusque pręferendus eſt.*
12 *Salarium Aduocato deberi, ſi fideliter patrocinium pręſtet.*

PRIVILEGIVM LXXIII.

Aduocato ſalarium ex nudo pacto, imò & non conuentum debetur.

QVamuis nuda pactio obligationem efficacem iure ciuili non pa-
1 riat, l. iuris gentiũ. §. igitur nuda. ff. de pact. l. ſi tibi. C. loca. † Ad-
uocato tamẽ ex nudo pacto ſalariũ debetur, vt ſanciuit Imp. Theod. in
l. vni. vbi Gl. & alij not. C. de ſuffr. & habeẽ in l. 1. §. in honorarijs. ff. de
var. & extr. cog. & in c. non licet. 11. q. 3. gl. in l. ſalarium. ff. mand. Spec.
in tit. de Salar. §. ſequitur. Alex. con. 109. n. 2. lib. 6. Fed. Senen. con. 218.
2 Dec. in l. creditori. n. 3. C. de pact. Et licet nonnulli putent † dictam l.
vni. nõ loqui de ſalario, ſeu patrocinio Aduocatorum, ſed de ſuffragio,
Cùm ſcilicet quiſpiã ex aulicis Principis, ſeu à ſcrinio Principem exo-
rat, vt aliquem diplomate iuuet, vel ſumma poteſtate ſontem liberet,
vt ex aliorum ſententia declarat Alcia. lib. 2. parad. c. 14. & Zaſi. in ſuis
ſchol. ad l. 2. in ver. ſuffragium. ff. de orig. iu. Idem tamen dicunt omnes
in honorarijs aduocatorum, & facit d. c. non licet. & c. Romana. §. nec
etiam. de for. comp. Quinimò, etſi nulla præceſſit cõuentio, illud pręſtandum erit, ac pro modo litis, Aduocatique facundia, & fori conſuetudine ſtatuendum, Glo. in d. l. vni. in ver. conſtruxerint, Feder. & Alex. in præcit. locis.

Quapropter Pute. deciſ. 11. lib. 3. refert fuiſſe per Dominos reſolutũ.

 † Suc-

13 etiam † Bononienſe Collegium ex veteri conſtitutione ſpurios non admittit, quam multi violare fruſtra conati ſunt, vt per Paleot. præcit. 14 loco, num. 10. † & Phil. Dec. naturalis fuit (nimirum ſi cum Iaſone calcitrauit) Couar. in epito. 2. par. cap. 8. §. 10. num. 4. ipſumque in Auditorem Rotæ Rom. electum ob eiuſmodi labem loco excluſum refert Lud. Gomeſ. in reg. de Trien. Poſſ. q. 2. Qua de re non parum miratus ſum, tum quia ipſum quoque Gomeſium Rotæ Ro. Auditorem, naturalem fuiſſe ſæpe audiui.

15 † Minor quoque 17. annis doctorari non poteſt, Bar. in l. 1. §. Initium, per illum tex. de poſtul. Bal. in l. 1. C. qui. & adu. quos. & Iaſ. in rub. C. de poſtul. num. 5. Verùm tex. in d. §. initium, loquitur in Aduocato, eam namque ætatem ad prodeundum in publicum prætor ratus eſt; Ideo puto, quòd omnis ætas data ſcientia ſufficiat ad gradum, cùm id iure cautum non habeamus, vt ſentiunt Card. in proœ. Clem. col. 2. Feli. in c. cùm vigeſimum. n. 9. de offi. del. Sylua de Benef. par. 3. q. 5. n. 30. & ſequitur Petr. Rebuf. ſuper Concord. Franc. in tit. de reg. ad prælat. nomi. fac. §. 1. in ver. excellentis doctrinę. Nam quandoque ingenium ſupplet ætatem, glo. in c. Monachus. in ver. deuotio. 77. diſt. & in cap. cùm ex literis, in ver. extructus. de in integ. reſt. hinc Nerua filius ea ætate, & Celſus adoleſcens de iure reſponderũt, d. §. initium. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de ver. obl. & Bal. 17. annos natus repetijt l. centum Capuæ. ff. de eo quod cer. lo. ea etenim ætas facilis eſt ad 16 diſcendum, teſte Vlpi. in l. præcipiunt. ff. de ędil. ed. † Quod & Papiniano I. Conſultorum acutiſſimo eueniſſe credendum eſt, qui iuuenis admodum ſub Seuero in ſummam commendationem venit, ac trigeſimum ſeptimum annum agens Caracallæ nequiſſimi hominis iuſſu uita demptus eſt, quod fratris necem, quem Imperator ipſe interfece-17 rat, apud ſenatum excuſare noluiſſet, † aſſerens non tam facilè homicidium excuſari, quàm fieri poſſe, ita Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 6. cap. 23. Gugl. Bud. ad l. 1. ff. de iuſt. & iu. Socci. in l. cum auus. in prin. de cond. & dem. Silua Nupt. lib. v. num. 13. Iaco. Meno. de recup. poſſ. remed. 9. n. 355. & Tiraq. de Iure primog. in præf. n. 101.

18 Longè tamen diuerſum † Accurſio contigit, quem octo, & viginti annos natum, alij quadragenarium, ciuilia iura incohaſſe refert Luc. de Pen. in l. vni. C. de ſtud. liber. Vr. Ro. lib. 11. & Tiraq. præcit. loco n. 102. etſi eius filium decimo ſeptimo ætatis anno laureatum refert Io. Fab. in §. 1. Inſtit. quib. ex cau. manu. & meminit Reſtau. de Imper. q. 37. num. 17. Nec deſunt qui iuri ciuili ingraueſcente ætate operam dare cœperunt. Seruius Sulpitius alioqui Orator maximus, velut contumelia Q. Mutij tractus, iuri ciuili prouectiore ætate operam dedit.

l. 2. §.

19 l. 2. §. Seruius autem. de orig. iur. † Catonis forſan Cenſorij exemplo, qui grȩcas literas addiſcere Cȩnſor nõ erubuit, minusque ſenex deſperauit, teſte M. Tull. de Senect. & Acad. quæſt. lib. 4.

20 Item † Mulier doctorari non poteſt, cap. mulierem. 33. q. 5. l. fœminȩ. ff. de reg. iu. Bar. in l. fi. ſub num. 16. ff. de coll. illic. & in l. 1. num. 18. C. de dign. lib. 12. & licet Alberi. in l. qui filium in fi. ff. vbi pup. edu. deb. & Andr. Tiraq. de Legi. connub. leg. 11. num. 30. referant Accurſij filiam publicè iura ciuilia Bononiæ docuiſſe, illam tamen gradum eſſecutam eſſe non conſtat.

21 Nec inſiſtam, an quis † poſt mortem doctorari poſſit, vt curioſè dubitauit Abb. in c. à nobis, il 2. de ſent. excom. nam & Martial. Epigr. lib. 1. inquit.

—— Cineri gloria ſera venit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſulti appellantur Doctores, & Domini, aliarum verò ſcientiarum profeſſores Magiſtri.*

2 *Vxor doctoris domina appellari debet.*

3 *Vxorem dominam appellare doctor non tenetur.*

PRIVILEGIVM LXV.

I. Conſulti Domini, & Doctores appellantur, aliarum verò ſcientiarum profeſſores magiſtri.

QVamuis I. Conſulti magiſtrorum nomine contineantur, l. cui prȩcipua. de ver. ſig. §. in his igitur, in proœ. Dig. l. dicere. §. Caſſius. de arbi. Eo tamen omiſſo, quòd nimis generalȩ videretur, † Doctores appellantur, aliarũ verò ſcientiarũ Magiſtri, l. ſed & reprobari. in fi. Ibi, legũ verò doctores. ff. de exc. tut. l. medicos. & ſeq. C. de pſ. & med. lib. 10. gl. in clem. 2. in ver. doctoratus. vbi Imo. n. 6. de magi. Abb. in c. 1. n. 5. de loca. Petr. Rȩbuf. ſup. concord. in rub. de collat. in ver. magiſtro. Idque ex eo forſan ab eis factũ eſt, quod Saluator noſter voluit vocari magiſter, nobiſque id ipſum prohibuit inquiens, Nolite vocari Rhabbi. Id tamen verè oſtendens, ne quis magiſtri nomen ambiret, etſi magiſtrum eſſe non prohibuit. Si tamen ita alicubi nominentur, vſus attendi debet, l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. Abb. in d. c. 1. num. 3. Imo. in d. clem. 2. num. 6. Domini quoque dicuntur, Auth. habita. ibi, coram Domino ſuo. vbi not. C. ne filius pro patre.

Bal.in l.ſecundùm.C.de contr.& commit.ſtipul. Ea ratione quia imperitis dominantur, Grat.con.116.n.7.lib.2.
2 † Eorumque vxores dominæ appellari debent, vt not.gl. in d. l. medicos. Bar. in l.pen. de donat. int. vi.& vx. & in l.ſi poſt mortem.§.fi.n.3.de bon. poſ. con. tab.Dec. in l.1.in prin.C.de in ius voc. & in l. fœminæ. de reg. iu. & olim apud veteres frequens fuit, vt is cui honorem præſtare voluiſſent, Dominus nuncuparetur, gl.in l. cùm quis decedens. §. Seium.in ver. dominum. de leg. 3. & Martialis indicat,

Mane ſalutaui vero te nomine caſu,

Nec dixi Dominum Ceciliane meum.

3 † Vxorem tamen Dominam vocare Doctor non tenetur, præſertim ſi id ab eo aſſecuta ſit, vt poſt Bart.dixit Corſe. de pot.& excell, reg.q.30. & Caſſen. in cathal. gl. mun.par.2. conſid. 41. verſ. vlt. Vxor enim diuinis legibus eſt ſub poteſtate viri, quē mulieris caput dixit D. Paul. 5. ad Epheſ. & habetur in c. 1.de frig. & mal. ei ſi eam dominam appellare non prohibetur, arg. l. fi. §. vxori. ff. de auro, & arg. leg. & ſenſit Bar.in l.ſi iudex.in fi. à contrario ſenſu. de minor. ſeque vxorem dominam vocitaſſe inquit in l. donationes. C.de dona.in. vir.& vxo.& dixit Alcia.in l.1.in ver.vxori. C. de in ius voc. Multis præterea nominibus I. Conſulti in iure appellantur, quæ refert Bologn. in Auth.habita.nu. 29. C.ne fil. pro pat.

SVMMARIVM.

1 *L. ad perſonas ægregias.ff. de iureiur. doctoribus competit.*

2 *Aegregia perſona dicitur etiam Aduocatus.*

PRIVILEGIVM LXVI.

Doctor gaudet priuilegio leg. ad perſonas ægregias. ff. de Iureiur.

INter ægregias perſonas, quibus à Iudice domum mitti ſolet ad iusiurandum,
1 vt reſp.Paul.in l.ad perſonas ægregias.de Iureiur.† Doctores refert ibi gl. quam alij ſequuntur, & Bolog. in Auth. habita. n. 68. C. ne fil.pro pa. Abb. in c. ſignificauit.de offic. ord. & in c.ſi qui teſtium,
2 vbi Feli. n. 5. in fi. de teſti. Iaco. Meno. caſu 70.n.9. & ſeq. † vbi Aduocatum quoque enumerat, cùm depoſito etiam aduocationis officio clariſſimus dicatur, Bar. & Aret. in l. 1.C. de adu.di. iud. Tiraq. de Nobil.c.29. n. 10. & Feli.præcitato loco, qui poſt Abb.id intelligit niſi cauſa

ſi cauſa ſit criminalis, vel ciuilis ardua, quæ alteri committenda non eſſet, ſed Iudicis præſentiam requireret.

PRIVILEGIVM LXVII.

Diſpoſitio leg. Centurio. ff. de vul. & pup. Doctoribus competit.

ETſi non parua eſt diſceptatio apud noſtros, an Priuilegium militibus conceſſum in d. l. Centurio. Doctoribus competat, vt pro negatiua ſenſerit vterque Socci. Claud. Iaſ. Rip. & Alcia. ibi, & Roma. in
1 l. quanquam. n. 2. C. de milit. teſt. † Quia tamen plerique & magnæ auctoritatis viri contrariam ſententiam veriorem affirmant, id inter cætera deſcribendum duxi, ita Alex. in d. l. Centurio. n. 17. vbi Galia. num. 42. & ſequuntur Moder. Papien. & Peruſ. in tract. compend. par. 5. q. 3. premiſſ. 4. Hancque communem dixit Zaſius in l. miles. n. 8. de re iu. & crebrius recepta Coraſ. in l. precibus. n. 20. C. de impub. & alijs ſubſt. Mouentur omnes (omiſſis alijs, quæ non leuia ſunt) ex l. aduocati. quę omnem cauſam diſputationi dedit, ibi, militant namque cauſarum patroni. C. de adu. diu. iud. Eos etenim, quorum par, vel ſimilis militia eſt, iiſdem quoque priuilegijs gloriati oportet, l. fi. quæ optimè facit, C. de palat. ſacr. larg. lib. 12.

PRIVILEGIVM LXVIII.

Doctor præfertur in detentione inſtrumentorum.

QVamuis in detinendis inſtrumentis antiquior præferatur, l. cùm pater. §. pater pluribus. vbi not. de leg. 2. Inter plures tamen fra-
1 tres, † is qui doctor exiſtit, tanquam dignior debet tenere inſtrumenta communia, ad tex. in l. fi. vbi Floria. id notat. de fi. inſtru. Bologn. in Auth. habita. n. 59. C. ne fil. pro pa. & faciunt quæ ſcribit Iaſ. in l. procurator. num. 3. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Faber obſtrepens prope Eccleſiam expelli poteſt.*
2 *Fabrum obſtrepentem quo caſu doctor expellere poſſit.*
3 *Studiorum cauſam vtiliorem eſſe, quàm artificum.*
4 *Iuriſconſultos partem ciuitatis conſtituere.*

5 Plato-

5 *Platonis locus de Regno.*
6 *Magiſtratus an gerere poſſint literarum imperiti.*
7 *Aſſeſſor an doctor eſſe debeat.*
8 *Militum magiſtro licere inter ſuos milites iudicare.*
9 *Priuilegia ſine alterius iniuria videri conceſſa.*
10 *Impoſſibilia dici, quæ commodè fieri non poſſunt.*
11 *Fabrum expellere tam publicis profeſſoribus, quàm Aduocatis, & Scholaſticis licere.*
12 *Artem fœtidam exercens expelli poteſt.*
13 *Scholaſticus doctorem interlegendo impediens expelli poteſt.*
14 *Scholaſticos ſibilationibus doctores impedientes triduo excommunicatos eſſe,*
15 *Fabri expellendi cauſa agi poteſt die feriato, nec à ſententia appellatur.*

PRIVILEGIVM LXIX.

Doctor fabrum obſtrepentem expellere poteſt.

SIcut faber obſtrepens propè eccleſiam, ac diuina impediens expelli poteſt, ad tex. in c. pridem. 18. q. 2. quem ſing. dixit Roma. in l. 1. n.
2 34. Iaſ. n. 45. Rip. n. 131. & Alcia. n. 52. & ſeq. ſol. mat. † Ita Doctoris ſtudia, ſeu lectionem impediens repelli poteſt, vt ſcribunt omnes in d. l. 1. Glo. fi. in l. vni. C. de ſtud. liber. vr. Ro. lib. 11. Abb. in c. vlt. in fi. de iudic. Iaſ. conſ. 218. lib. 2. & Iacob. Menoc. de arb. iud. caſu 237. qui ęgregiè more ſuo hac in re multos caſus facit, cuius ordinem nonnullis additis ſequar, quem etiã ſuperiori anno in Gymnaſio Patauino præceptorem audiui.

Iuxta igitur veram, atque receptam diſtinctionem. Iaco. de Are. cuius opiniones, vt alicubi teſtatur Bart. ſemper de mente iuris veniunt. Primus caſus à Menochio conſtituitur, cùm doctor fabrum præuenit, eo enim caſu ſine dubio faber expelli poteſt, ita Bart. in d. l. 1. n. 30. vbi Rip. n. 130. & Abb. in d. c. vlt. in fi. nam præuentionis iure potior efficitur, l. qui balneum. ff. qni pot. in pig. hab. Quod tamen intelligunt niſi loci conſuetudo fabrum defenderet, vt ſi doctor in via fabrorũ domum conduxerit, ſi enim poſtea vicinus faber moriatur, alter demortui domum conducens, repellendus non eſt, vt poſt alios Menoch. d. caſu 237. num. 8. qui talem conſuetudinem iudicis arbitrio iudicandam tribuit.

Secundus eſt caſus, cùm eodẽ tẽpore ambo concurrunt, & hoc quoque caſu fabrum repelli dixit Rip. in d. l. 1. n. 129. & Socin. Iun. num. 272.

3 .272, † quia cùm vtilior ſit ſtudiorum cauſa, quàm ipſius fabri; præferenda eſt, ad l. qui maiorem. ff. de iudi. & l. obſeruare. §. proficiſci. de offic. proconſ. qua ratione, etſi non appareat, quis eorum primus domum conduxerit, idem eſt iudicandum, l. in ambiguis. ff. de iu. dot. Solus Vaconius lib. 1. declar. iuris. cap. 31. contrariam ſententiam defendere conatus eſt, dum fabrorum cauſam ea ratione vtiliorem affirmabat, quòd artifices faciant partem ciuitatis, auctoritate Phil 2. polit. & oſtendit Socrates apud Plat. lib. 2. de Republ. Magiſtratus verò, qui ciuitatis partem conſtituunt, imperitos ciues gerere poſſe, l. certi iuris C. de iudi. Verùm ſatis colligitur ex Ariſt. diuiſione polit. lib. 4. &
4 6. † Iuriſconſultos ſub ſexta ſaltem parte comprehendi, quæ omnium maxima ab eo nuncupatur, Iudicium ſcilicet de commodis, & iuſtis inter ipſos ciues, quod à Iuriſconſultis ipſis faciendũ eſſe ſanciuit Imper. in §. fi. in proœ. Inſt. & in Auth. de judi. in prin. Quocirca ſcripſit Bal. Rempub. ſine Iuriſconſulto ſtare non poſſe, & Plato eas Reſpubl. bea-
5 tas exiſtimauit, quas docti, & ſapientes viri adminiſtrant. † & clariùs de Regno, in fi. noſtram ſententiam probat: Omnes artes, inquiens, in ciuitate proprijs incumbunt operibus, neque inuicem dominæ ſunt, eam verò, quæ cunctis his præſidet, omniaque contexit ciuilem ſapien-
6 tiam nuncupamus. † Nec literatum imperiti (vt Vaconius ſenſit) magiſtratus gerere poſſunt, eos ſaltem, quos iudicandi munere fungi oportet, vt aliâs diximus. Et licet olim apud pleroſque contrarium obſeruatum ſit, ipſis Aſſeſſores aderant, qui eorum occupationes adimplen- 1
tes cauſas iudicabant, §. 1. verſ. noſtris enim adminiſtratoribus. in Au-
7 then. de judi. & oſtendunt tituli Dig. & C. de offic. aſſ. In quibus etſi † doctorea dignitas de iure non requiritur, iuris tamen peritia neceſſaria eſt, Sali. in l. 1. C. de pœn. iud. ma. iud. Purpu. in l. 1. n. 72. vbi Ioan. Bolog. n. 13. ff. de offic. aſſ. Ripa in c. decernimus. n. 58. in fi. de iudi. Quòd ſi in d. l. certi iuris, & in l. viros. C. de diuer. off. lib. 12. artifici in eius
8 artificio, † & Magiſtro militũ inter ſuos milites iudicandi facultas data ſit, ex eo factum eſt, quòd vſu quodam eius rei peritiam habeãt, vt poſt Coraſ. lib. 5. miſcel. iu. c. 19. & Rober. Aureli. lib. 3. ſent. iu. c. 3. interpretatur Meno. d. caſu num. 16. Sicut igitur ſolus eſt Vaconius, ita nec ſatis ſapit, cùm Ariſtotelis diuiſionem noſtræ fauere ſententiæ dignoſcatur. Hunc tamen caſum, vt primum declarare neceſſe eſt. 2

Tertius proponitur caſus, cùm Faber Doctorẽ præuenit, qui cõmodè alibi habitare poſſit, & veriùs eſt fabrum expelli non poſſe, vt poſt Iaco. de Are. & Bar. ſcripſit Ripa. in d. l. 1. n. 130. in fi. idque ratione præuentionis, l. ſi pluribus. de leg. 1. & ex eo confirmatur, quòd † priuilegia ſine alterius iactura videntur conceſſa, l. 2. §. merito. & §. ſi quis

à prin-

à principe.ff. ne quid in lo. pub. l.impuberi. ff. de admi. tu. quæ fabro
inferretur, ſi Doctor, qui alibi habitare poteſt, iam à fabro præuentus
eum expelleret, & doctoris negligentiæ tribuendum eſt, qui tale im-
pedimentum præuidere potuit, nec euitauit,ad l. ſi fideiuſſor. §. ſi ne-
ceſſaria. ff.qui ſatiſd.cog. & conſiderauit Rip. d. n. 130.ex quibus ſatis
apparet Camil. Viſitar.qui in d.l.1.n.185. contrarium defendere viſus
eſt; non rectè ſenſiſſe, cuius rationibus ſatisfacit relatus Menoc. n. 21.
qui hanc doctoris commoditaté aliò habitandi iudicis arbitrio digno-
ſcendam aſſerit. Idque intelligunt,niſi faber contuliſſet ſe ad habitan-
dum in loco,in quo doctores habitare, & profiteri conſueuerunt, etſi
nullus eo tempore inhabitet,nam & eo caſu faber repelli poterit, eiuſ-
que culpæ tribuendum eſt, ex quo ille cogitare debuit, futurum quan-
doque, vt vel reuertantur Doctores, vel priſtinum reſtituatur Gymna-
ſium,ad tex. in l. ſi quis domum.§.fi.ff.loca. ita Bar.in d.l.1. in fi.Alex.
n.51.verſ.& quamuis.Rip. n.130.Anchar. & Imo.in c.1. de loca.Ioa.
Andr.Butr. & Abb. in c.fi.de iudi.quam etiam conſuetudinem iudicis
arbitrio tribuit Menoc.n.22.in fi.

Quartus caſus conſtituitur,vt faber, etſi Doctorem præuenit, repelli
poſſit,ſi Doctor alibi commodè habitare nequeat, idque communiter
receptum dixit Rip.d.n.130.verſ. & alibi ſcholæ.eam rationem addu-
cens,quia propter neceſſitatem diuina etiam reuerentia frangitur,l. om
nes. C.de ferijs. Et quamuis Doctor ibi neceſſariò habitare non coga-
10 tur,† ſatis tamen erit,ſi alibi commodè habitare non poſſit,ob publicã
vtilitaté,ad gl.in l.nepos proculo.de ver. ſig. Dec.con.555.n.13.Aym.
con.199. num.2.& con.241.n.20.& Menoc. d.caſu.num. 24. qui talẽ
incommoditatem iudicis arbitrio relinquit, an ea impoſſibilitati fini-
tima ſit.

Quintus proponitur caſus,cùm faber Doctorem præuenit, ſed alibi
commodè habitare poteſt,quamuis enim Doctor alibi commodè habi
tare poſſit,ſi tamen ob maiorem commoditatem,ac vtilitatem, vult eo
loci habitare,præferendus eſt commoditati fabri,cùm ei nullum detri-
mentum, Doctori verò qualequale commodum afferatur,quod etiam
iudicis arbitrio iudicandum dixit Menoc. præcit.loco num.20.

11 Ampliatur primò, vt † tam publicis Profeſſoribus, quàm Aduoca-
tis id competat, cùm par ſtudiorũ, & publicæ vtilitatis ratio ſit, vt poſt
alios Rip. in d.l.1.num.132.Alcia.num.52.in fi. Socci.Iun.num.272.
Qua ratione & in Scholaſticis,ſi tamen ij ſtudeant,nec in eorum libris
digito ſcribi poſſit;idẽ reſponſum eſt,nam & in illis,cùm ad doctoratus
apicem peruenerint, publica ſperatur vtilitas, Alex. ibi,n.53.Iaſ.n.46.
Rip.n.134.Parpal. reiecta Imolæ opinione,n.48. & Socci.Iun.n.276.

12 Amplia-

12 Ampliatur ſecundò, vt procedat etiã in alio impedimẽti genere, † vt ſi mali odores in domum doctoris, vel gymnaſium inferantur, quibus ſtudium impediatur, nam etſi quodlibet in ſuo facere liceat, id tamen verum eſt, dummodo aliquid in alienum non immittatur, quod & in ſtrepitu', & malis odoribus euenit, Abb. in c. cùm inter. in vl. not. de cõſue. & Rip. in d. l. 1. n. 172. in fi. qui propterea voluit pelliparios, ac ſimiles expelli poſſe, l. 2. §. idẽ ait. ff. ne quid in loco pub. Barth. Cœp. de ſeru. vrb. præd. c. 31. ſub rub. de ſeruit. proijc. & notat Petr. Rebuf. de priu. ſchol. priu. 3. n. 8. quin & importunos campanarũ ſonus impedire doctor poteſt, Alcia. in d. l. 1. in fi. & parerg. c. 11. Profeſſor quoque ſi alta voce alium impediat, cogi poterit, vt dimiſſiùs legat, & in cõcurſu
13 vocũ ei magis fauendũ eſt, qui vtiliùs legit. Sicut etiam † Scholaſticus, qui altè legẽdo, vel obſtrepẽdo ſocios, aut profeſſorẽ ipſum perturbet; impediri poteſt, Specul. in tit. de iudic. §. generalia. verſ. hinc etiam. Bal. & Ang. in l. 1. C. de ſtud. liber. vrb. Romæ. lib. 11. & declarãt Alex. in d. l. 1. n. 52. Iaſ. n. 47. & Rip. nu. 135. cum ſeq. nam & ij, vt Hiero. inquit, ad auriendas aquas veniunt, & vaſis recedunt vacuis. Quinimò
14 † Scholaſticos ſibillationibus docentes impediendo per triduum excommunicatos cenſuit Roma. ſing. 673. & Iaco. Menoc. de recup. poſſ. remed. 13. n. 96. & in eos inuehitur Neuiz. Syl. nupt. lib. 5. n. 54.

15 Ampliatur quarto, vt † hæc expulſionis cauſa die feriata agitari poſſit, ex quo ob publicam vtilitatem celeritatem deſiderat, ita Spec. in tit. de ferijs. §. ſequitur. verſ. ſed quid ſi magiſtraliter. Abb. in d. c. vl. in fi. de Iudi. Franc. Mar. dec. 635. n. 8. Et à ſententia lata appellari non poteſt, cùm ſtudium dilationem non patiatur, ad tex. in l. fi. ff. de appel. recip. Bal. in l. fi col. pen. C. ſi de mom. poſſ. Roma. in d. l. 1. n. 33. vbi Iaſ. n. 45. verſ. quartò adde. ſol. ma. Dec. con. 70. in fi. & Tiraq. de priu. piæ cau. in præfat, verſ. item relictum cauſa ſtudij.

SUMMARIUM.

1 *Iudicibus maximus ſemper honor habitus eſt.*
2 *Iudicandi munus I. Conſultorum proprium eſſe.*
3 *Thebani imaginem Iudicis ſine manibus, Principis verò ſine oculis in foro propoſuere.*
4 *Principes, atque Iudices ſua vitia, virtuteſque in ciuitatem infundere.*
5 *Cyri Perſarum Regis ſententia.*
6 *Iudicum menti duos ſales ineſſe debere.*

O PRI-

PRIVILEGIVM LXX.

Iudicandi munus Iuriſconſultorum proprium eſſe.

1 QVia iudicibus ob præcipuam quam habent Reipublicæ curam, maximus ſemper honor impendi conſueuit, quod teſtatur Calliſtrat. l. obſeruandum. in fi. ff. de offic. præſ. & in l. ſemper. in prin. de
2 iure immu. Illud etiam referendum eſt, † Iudicandi munus Iuriſconſultorum proprium eſſe, vrbes, ac prouincias gubernare, ac cæteris omnibus imperare, vt ſanciuit Iuſtin. in Auth. de iudic. in princ. ibi, non enim exiſtimauimus. & clariùs in proœ. Inſt. in fi. ibi, poſſe etiam noſtram Remp. Vbi glo. & alij notant, Iuriſprudentiam ſuos profeſſores nobilitare, eosque facere per orbem terrarum ſolenniter principari, & habere ſedem in aula imperiali: & facit tex. in c. 1. in fi. de conſan. & affi. Curandũ eſt igitur, vt eorũ conſcientia cõſtans ſit, quæ neq; inflecti gratia neq; perfringi potẽtia, neq; adulterari pecunia poſſit. Quod egre-
3 giè † à Thebanis olim demonſtrabatur, dum Iudicũ imaginẽ ſine manibus, Principũ verò ſine oculis in foro propoſuere, vt ſignis oſtenderent, eos affectibus capi non oportere, teſtis eſt Alex. ab Alex. Dier. geni. lib. 3. c. 5. circa med. Quorum deinde integritas ſalus ſubditorum
4 eſt. Namque † ſicut Principes non ſolùm bonos, malosve mores in ſe concipiunt, ſed eos infundunt in ciuitatem ipſam, cùm illos plerunque ſoleant homines æmulari, Ita inculpati Iudicum mores aliorum regimini plurimum conferunt, vt enim præclarè inquit Claudianus:

——— Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos ædicta valent, quàm vita regentis.

Et legimus Eccleſiaſt. cap. 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales & in-
5 habitantes in ea. † Hinc Cyrus Perſarum Rex iurè aſſerebat, Neminem debere ſuſcipere principatum, niſi melior eſſet his, quibus imperaturus eſſet, quaſi id præſtare nemo poſſet, niſi qui ſapientia, vigilantia, animique integritate cæteris antecelleret. Et Bal. in l. 2. num. 7. C.
6 de ſent. ex breu. recit. rectè monuit, † in mente iudicũ duos ſales requiri, ſcientiæ vnum, ne ſint inſipidi, conſcientiæ alterũ, ne ſint diabolici. & commendat Barba. in cap. quoniam. §. in alijs, vt lit. non conteſt. Roma. ſing. 200. Iaſ. in l. rem non nouam. num. 6. C. de iudi. Sylua Nupt. lib. 5. ſub num. 90. Et meminerint, cùm ab eis ferenda ſententia eſt, Deum Opt. Max. habere teſtem.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatos, & Iudices iuſtos magis mereri, quàm monachos, & ſimiles religioſos.*
2 *Vita actiua eſt vtilior, quàm contemplatiua.*
3 *Aduocationis officium quare inuentum.*
4 *Clerici quo caſu aduocare poſſint.*
5 *Clericos in cauſis etiam ſanguinis patrocinari poſſe.*
6 *Sancti plures aduocati.*
7 *Saluator noſter fuit, & eſt pro nobis Aduocatus apud Patrem.*
8 *Pauperibus quando gratis patrocinari aduocati teneantur.*
9 *Aduocatus iniuſtam cauſam fouens quibus caſibus teneatur ad intereſſe.*
10 *Aduocatus, qui iurauit Eccleſiam defendere, non incidit in periurium ſi recuſat defendere iniuſtam cauſam.*
11 *Aduocatus aſſerens ſe conſcientiæ cauſa à lite recedere, non præiudicat clientulo.*
12 *Aduocatus contra conſcientiam etiam erroneam patrocinari non debet.*
13 *Conſcientiæ dictamini contrafacere peccatum eſt.*
14 *Conſcientiæ ſtimulis noſtrum nobis ſcelus continuè exprobat.*
15 *Iudices miſerabilium perſonarum patres eſſe debent, earumque cauſas gratis, & quamprimum expedire.*
16 *Iudices æquitatem ſequi debere.*
17 *Salomon cur nimium iuſtos nos fieri vetuit.*
18 *Decimas ſoluere tenentur aduocati, & iudices de eorum quæſitis.*
19 *Auaritia aduocatorum improbatur.*
20 *Aduocatum propriè dici, qui iuſtam cauſam defendendam ſuſcipit.*
21 *Aduocatus malus malæ cauſæ inditium præſefert.*
22 *Aduocatus veritatem ſcienter impugnans dicitur incurrere peccatum in Spiritum ſanctum.*
23 *Iudicem iniuſtum iudicem non eſſe.*

PRIVILEGIVM LXXI.

Aduocati, & Iudices ſuo munere iuſtè fungentes magis merentur, quàm monachi, & ſimiles religioſi.

1 NEc omittendum eſt, † Aduocatos, & Iudices eorũ officio iuſtè fungentes non minùs mereri, quàm monachos, & ſimiles religioſos, Ita ſing. dixit Hoſt. in proœ. Sum. ſub n. 8. quẽ ſequitur And. de Iſer. in proœ. Feud. allegãs illud Danielis c. 12. Qui ad iuſtitiã inſtruũt multos,

 fulge-

fulgebunt veluti ſtellę in regno Dei. Alber. in l. 1. vbi Iaſ. n. 8. de iuſti. & iu. Rip. in l. 1. nu. 132. ſol. mat. & de remed. ad conſer. vber. nu. 217. Caccial. de aduo. q. 2. in prin. Ioan. de Arno ſing. 23. ſępe audiui. Rola. conſ. 36. n. 3. lib. 3. & plura, quæ tamen affirmare non auderem, ad id congerit Lud. Gomeſ. in tract. expect. nu. 52. Ea poteſt adduci ratio, ꝙ
2 † quamuis contemplatiua ſit magis tuta, ac ſuauis, actiua tamen & politica eſt magis vtilis, c. niſi cùm pridem. §. ne putes. de renūc. cùm in fœcunditate ſobolis lipptitudo Lię Rachelis pulchritudini ſit prælata. Sicut enim monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, c.
3 monachus. 16. q. 1. † Ita aduocati officium publicum eſt, eaque de cauſa inuentū, vt ijs ſuccurratur, qui ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant, l. 1. de poſtul. l. aduocati. C. de aduoc. diu. iu.
4 † Hinc clerici, & ſacerdotes, quorum officium eſt nulli nocere, omnibus velle prodeſſe, c. cùm ſacerdotis. de poſtul. aduocare poſſunt pro ſe ipſis, pro ſua eccleſia, pro coniunctis, & pro miſerabilibus perſonis,
5 c. 1. vbi not. de poſtul. Imò & in cauſis ſanguinis pro reo patrocinari eis licet, ſi tamen iuſtè, & ſine alterius iactura id fiat, Hoſt. & Ioa. And. in
6 d. c. 1. Vbi Abb. n. 5. de poſtul. † Quod Diuo Ambroſio fortè contigit, quem legimus vndecim annis in foro cauſas egiſſe, eoq; munere Iuonem, & Germanū, necnon Lipardū Diui Leonardi Magni fratrem functos, & in Sanctorū numerū relatos inquit Lud. Gomeſ. in oratione im-
7 preſſa poſt lectu. 6. n. 17. Et † Seruator noſter Aduocatus extitit Magdalenæ, mulieri de adulterio accuſatę, diſcipulis ſuis, & nobis omnibus aſſiduè exiſtit in cęlis apud Patrem, vnde Apoſt. ad Hębr. Introiuit Chriſtus in cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis, & alibi. Aduocatum enim habemus Ieſum Chriſtum iuſtum, cap. ſi enim. col. 3. verſ. ſi quis peccauerit. de pœnit. diſt. 2. & not. Alberi. in l. vni. C. de ſuffr.

Vt igitur relato priuilegio aduocati fruantur. Illud in primis ab eis
8 obſeruandū eſt, vt auaritię labe penitus abſtineant, † atque pauperibus ſaltem gratis patrocinentur, vt not. Bal. in l. ſi furioſi. in ver. gratis. C. de nupt. nec iuramentum aliàs præſtitum obſeruandum eſt, teſte eodē in l. ſi ad excludendam. poſt med. C. de iureiur. Feli. in c. 1. n. 4. de off. iud. quod menti tenendum inquit Iaſ. in §. omnes. verſ. tripli. de actio. Nam & in conſcientia rei exiſtunt, ſi pauperi iuſtam cauſam fouenti in neceſſitate litis non ſuccurrunt, S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 1. & 4. & S. Antoni. in ſum. par. 1. par. 3. prin. tit. 6. §. de ſalarijs aduocatorum. in fi. Viguer. in ſuis Inſt. Theol. cap. 5. §. 2. verſ. 8. incip. Aduocati. Hoſt. Card. Abb. & Feli. in d. c. 1. de offi. iud. Alberi. in l. vni. C. de ſuffr. Ripa in l. ſi conſtante. num. 35. ſol. mat. Rol. conſ. 36. n. 3. lib. 3. Tenentur enim ſi aliàs ad victus ſufficientiam habeant, dilatis etiam diuitum negotijs,

de ſua ſcientia eleemoſynam facere, ne pereat iuſtitia pauperis, ſiue alterius miſerabilis perſonæ, cuius infortunium expenſarum detrimento pergrauandum non eſt, l. diuo Marco. ff. de offic. præſ. qua neceſſitate ceſſante venialiter peccant, vt poſt D. Thomam explicat Domin. Soto de iuſti. & iu. lib 5. q. 8. art. 1. & Couar. pract. quęſt. cap. 6. nu. 4. & var. reſol. cap. 14. in princ. qui dixerunt eos ad hoc iudicis officio compelli poſſe, cuius mandato ſi non obtemperauerint, aduocationis munere ſuſpendi poterunt, Rom. ſing. 26. & iudicis arbitrio puniri dixit Menoc. caſu 369. num. 4. Quin & iudex ipſe mortaliter peccat, ſi pauperi in neceſſitate non prouideat de aduocato, eique gratis patrocinari præcipiat, Silueſtr. in ver. aduocatus. num. 11. Nec aduocatis id tam arduum videri debet, cùm poſſint à parte ſuccumbēte debitum ſalarium ſperare, & à Deo, qui nullum bonum irremuneratum ſinit, retributionem.

9 Sed & illud animaduertendū ab eis eſt, vt † iuſtam cauſam foueant, neve parti aduerſę iniuriam inferant, alioquin ad intereſſe tenentur, Alex. in rub. C. de procur. n. 2. Dec. in l. conſilij. de reg. iur. Roma. con. 329. & aduertit D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. Silueſt. in ver. aduocatus. n. 5. & Angel. n. 13. aſſerentes idem eſſe ſi aduocatus decepit clientulum ſuadens cauſam eſſe iuſtam, qui aliter non litigaſſet, ad tex. in l. nō eſt ignotum. C. de adm. tut. nam qui malum cooperatur, eiuſdem eſt iniquitatis reus, vt Paul. admonet. 1. ad Roma. Vel etiam ſi in proceſſu cauſæ appareat de iniuſtitia, quo caſu, etſi id aduerſario indicare nō debet, neque ſecreta detegere, debet tamen à patrocinio deſiſtere, ac propriam ſententiam ſuæ parti indicare, eamque ad honeſtam concordiā inducere, vt poſt alios Nauar. in manua. conf. c. 25. n. 28. Tenetur etiā parti læſæ ad damnum incurſum ex ſua negligentia, etiam in foro contentioſo, Angel. in l. ſi vacantia. col. 5. C de bon. vac. lib. 10. Maria. in c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. in vlt. col. Feli. in c. paſtoralis. n. 14. de iudi. Qui docuit idem eſſe ſi ex ignorantia partem lædat, etiam ſi adhibeat omnimodam diligentiam ne noceret, ad tex. in c. non eſt ſine culpa. vbi glo. & Ioan. And. de reg. iur. lib. 6.

Cùm igitur conſuleris aduertendum maximè eſt, vt nec in re tuo iudicio clara præcipiti diffinitione reſpondeas, niſi forſan certa, conſtantique opinione arbitreris conſulentis partibus nō adeſſe iuſtitiam, Dimittendus enim abs te confeſtim eſt, ne vel in vanam ſpem eum conijcias, vel pecuniam recipiens iniquè defraudes, iniuſtas partes ad ius redigi, defendique poſſe tibi ipſi falsò perſuadens, quod & admonuit Lancel. Poli. de Off. aduoc. verſ. Prudentiam. Quare etiam aduocatus, qui iurauit Eccleſię cauſis adeſſe, non incidit in periurium ſi recuſat defendere

ſendere iniuſtam cauſam, cap. breui. in fi. Vbi Canon. not. de Iureiur.
Iaſ. con. 94. col. fi. lib. 3. ea eſt ratio, quia Aduocatus ſuo iuramento liga
tur ad defendendum cauſam iuſtam, l. rem non nouam. §. patroni. C. de
Iudi. nec eo caſu ſubſtitutum dare tenetur, ſicut enim propriã conſcien
12 tiam lædere non debet, ita nec alienã. Quamuis † Aduocatus aſſerens
conſcientiæ cauſa ſe à lite diſcedere, non præiudicat clientulo, d. l. rem
non nouam. §. fi. quem tex. ad hoc notabilem dixit Bal. in c. ex parte. n.
4. in fi. de poſtul. † Quinimò, quod tutius eſt, contra propriam conſcien
tiam etiam erroneã patrocinari non debet, vt docuit Abb. in c. per tuas.
il. 2. de ſimo. Iac. Meno. caſu 494. n. 15. & ſeq. Nauar. in c. ſi quis autem.
13 ibi. 84. de pœnit. diſt. 7. Nec mirũ, † talis enim credulitas facit, vt is quo-
que mortaliter peccet, qui actũ facit, quem mortale crimen opinatur,
licet verè ad mortale non pertineat: Sicut etiam venialiter peccat, qui
fecerit id, quod credit venialem habere culpam, etſi nullã reuera habe-
at, vt docet Theologi in 2. ſent. diſt. 39. & ſeq. Eldrec. in Sum. par. 1. tit.
3. c. 10. §. 4. & ex noſtris declarat Couar. varia. reſol. lib. 1. c. 1. in prin.
Debemus igitur maximè extimare conſcientiã mentis noſtræ, quam
(vt inquit M. Tull. pro Cluentio) à Dijs immortalibus accepimus, quę
14 nec à nobis diuelli poteſt. † Hinc noſtrum nobis ſcelus conſcientiæ ſti-
mulis continuè exprobat, quod & Poetæ in Oreſte, alijſque indicarũt:
Sicut qui iuſtè, & honeſtè viuunt, & rite in cauſis verſantur, conſcientię
ſerenitate miram animi quietem, atque iucunditatem conſequuntur,
quam etſi multi ſolam per ſe ad beatè viuẽdum ſufficere arbitrati ſunt,
plurimùm tamen conferre fatemur omnes. Vnde illa puerorum nænia
apud Horatium.

——— Rex eris aiunt,
Si rectè facies, hic murus aheneus eſto.
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

15 Nec diſſimile eſt in Iudicibus, † qui miſerabilium perſonarum patres,
atque defenſores eſſe debent, & pauperum cauſas ſummariè, ac ſine
ſportularum ſolutione expedire, quod iubet Imper. in §. ſit tibi quoque
vbi Bar. in Auth. de mand. prin. gl. in c. cum inſtantia. in ver. peregri-
nari de cenſi. Henric. Boi. in c. cum ab omni. col. 1. in prin. de vit. &
hon. cler. Rip. in d. l. ſi conſtante. n. 35. ſol. ma. Quinimò etſi peregrè
proficiſcantur, expenſas ab ijs accipere non debent, vt inquit gloſ. in
d. c. cum inſtantia, & in c. ſtatutum. §. inſuper in fi. de reſcrip. lib. 6. etiã
ſi à paupere ſponte offerantur, vt ibi notant Archid. Ioa. Andr. & Do-
min. & probat Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 40. Debent etiam in multitudi-
ne cauſarum earumdem perſonarum controuerſias (16) primis diffinire,
c. in primis, vbi gl. 2. q. 1. † Quos & æquitatem ſequi debere ſæpe dici-
tur, &

tur,& admonuit Conſt.Imp.in l.placuit.C.de Iudi.Placuit, inquiens, in omnibus rebus præcipuã eſſe iuſtitiæ, æquitatiſque, quàm ſtricti iuris rationẽ,nam & ſummũ ius ſummã iniuriam,quin & ſummã crucẽ antiqui dixerũt,& probat Tiraq. de retr.ligna.§.35.gl.1.n. 4. & ſeq. Nec
17 ſanè alius ſenſus † Salomonis fuit,cùm nimium iuſtos nos fieri vetuit, eos profectò damnãs,qui ſummo iure vterent, quod ex noſtris declarat Albe.Bolog.hodię Card.in tract.de leg.in æquit.q.9.n.8.

Ex quibus ſatis apparet Aduocatos,& Iudices iuſtos multum ad beatitudinẽ promereri, Nã qui fecerit,& docuerit hic magnus vocabitur, inquit Dñs,& aliàs Beatus dicit,qui facit iuſtitiã omni tẽpore.Qui pre-
18 terea meminerint, † de eorum quæſitis decimas ſoluere debere, vt poſt Ancha.dixit Rebuf.de deci.q.8.n.20.gl.in c.decimę.16.q.1.& in c.paſtoralis, vbi Hoſt.& Card.q.7.de deci.quas in eleęmoſinas erogare debet curato indigẽti,ac in cæteris pijs,& ſalutaribus,vt p Rebu.q.11.n.5.
19 † Quòd ſi auaritiæ labe polluti quaſi equo effrenj,furentique vehantur, nulla pauperũ,& aliorũ ratione habita,omnes extorqueãt,atq; reos ipſos ferè hoſtiliter inſectẽt, ſciãt melius illis eſſe, viã iuſtitię nõ agnoſcere, quàm poſt agnitã retrorſum cõuerti,& cùm omnẽ mercedem in vitã recipere ſtudeant,in amaritudinẽ damnationis vertunt,c.quicunq; 11.q.2.quos deprędatores,togatoſque vultures vocat Bar.in l.omnes populi.5.q.prin.de iuſt.& iu. multaque aduerſus eos congeſſit Zaſ.in ſchol. ad l.2.§.poſt hos quoque Tubero.in ver.nõ obtinuit. ff. de orig. iu. Sed & Auguſtini verba in ſermonibus referre libuit.Vę vobis ò Iudices,væ vobis in æternũ,quia nõ eſt in vobis veritas,nõ miſericordia, nõ pietas, non iuſtitia,nec ſcientia Dei inueniri poteſt.

Eo tamen caſu non artis,aut officij vitium eſt,ſed hominum eſſe conſtat,prout ſi Grammaticus barbarè quandoque loquatur,abſurdè canat muſicus,medicuſq; remediũ ignoret,aut aduerſum adhibeat, nec grãmatica ipſa,vel muſica,aut medicina propterea damnanda eſt . Quare notab.dixit Bal.in l.rem non nouam.§.patroni.per illum tex.C. de iu-
20 di. † Aduocatum propriè dici,qui iuſtam cauſam defendendam ſuſcipit; ſequitur Gramma. ad conſti. reg. lib. 1. de Aduo.ordi.num. 5. & ex Theologis Domini. Soto de Iuſtit. & iu. lib. 5. q. 8. art. 3. in tit. de
21 Aduo. Quo fit,† vt malus Aduocatus malæ etiam cauſæ indicium præſeferat , atque ei, vt lib.12. Quintil. inquit, etiam vera dicenti fides deficiat, ad tex.in l.non omnes. §. à barbaris. de re.mil. et ſi plena fide clientulos non defendat,perfidus dicitur,ad gloſ. in cap. irreligio-
22 ſum.87.diſt. † Si verò ſciẽter veritatem impugnet, peccatum in Spiritum Sanctum incurrere videtur,nam & impugnatio agnitę veritatis, inter ſex ſpecies enumeratur, vt patet in 2. ſenten. diſt. 43. & tradit

23 Ioan. à Capiſtr. in Speculo conſci. verſ. reſtat. n. 5. † Et Iudex ſi iniuſtus ſit iudicis nomen non meretur, gl. in c. vera. 45. diſt. eius eſt enim ſemper verum ſequi, vt inquit M. Tull. primo. offic. & habetur in c. iuſtum. 23. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ſi iuſtam cauſam foueat, quo caſu poſſit aduerſarium decipere.*
2 *Iurare an poſſit nihil accepiſſe, qui mutuum ſecretò reſtituit.*

PRIVILEGIVM LXXII.

Aduocato iuſtam cauſam fouenti aduerſarium decipere licet.

1 QVamuis calliditas omnis ad decipiendum alterum adhibita doli pęna puniri ſoleat, l. 1. §. 1. in fi. de dolo ma. † Aduocatus tamen ſi iuſtam cauſam ſuſceperit, Militis exemplo, poterit aduerſarium ſuũ decipere, vt ſing. dixit Glo. in c. dominus noſter. 23. q. 2. in ver. ex inſidijs. Marſi. ſing. 177. Dec. in l. ea eſt natura. n. 3. vbi Hier. Cagn. n. 12. de reg. iu. Alcia. reg. 3. pręſ. 27. n. 2. Cotta Memorab. in ver. Dolum. Socci. Iun. con. 143. ſub n. 5. lib. 3. Tiraq. in præf. vtr. retr. n. 70. Boſſ. in tit. de reſponſ. à reo faci. n. 21. Card. Alba. ad Bar. in l. 1. §. ait prætor. ſub n. 6. de poſtul. & admiſit D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. Sum. Antoni. par. 3. tit. 6. §. 1. Siluestr. in ver. Aduocatus. n. 6. & Armil. de Aduo. §. 19.

Quod ſanè intelligendum eſt, dummodo falſa probatio nõ fiat, Vnde nimis audacter Butr. in c. 1. de mut. peti. ſcrpſit, † quòd ſi mutuaſti
2 mihi decem, quæ tibi ſecretò reſtitui, ſi tu iterũ illa petis, poſſum iuramẽto etiam affirmare, me nihil à te accepiſſe, quem ſequi videtur Dec. in d. l. ea eſt natura. n. 3. Nam habenti iuſtam cauſam pro victoria deierare non licet, vt poſt D. Thom. tradit Sum. Angel. in ver. interrogationes, verſ. 63. & gl. in c. cupientes. in ver. malignantium. de elect. lib. 6. Bal. in rub. C. de fi. inſtr. col. 8. verſ. incidenter etiam quæro. Anchar. con. 145. Domini. in fi. & declarat Tiraq. in d. præfat. ſub n. 69. neq; cõtra producentem falſum inſtrumentum vti licet falſo inſtrumẽto, Feli. in c. dilecti. ad fi. de excep. Nec aliter in ſimili conſuluit Iureconſultus in l. cùm pater. §. Titio. de leg. 2. & in l. ſeruus dotalis. ſol. matr. Clauum enim clauo (vt veteri fertur prouerbio) eo caſu pellere licet, nec fraudi aſcribendum eſt, ſed prudentiæ, d. §. Titio. quem ad hoc notat Bal. con. 142. lib. 1. & Ouidio Iudice lib. 2. de Arte amandi.

Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium aduocato ex nudo pacto, imò & non conuentum deberi.*
2 *Leg. vnica C. de ſuffr. intellectus.*
3 *Succeſſor prælati tenetur ad ſalarium Aduocati eum defendentis.*
4 *Aduocatus propriam proſecutus cauſam poterit ſalarium petere, & ſi nihil exſoluerit.*
5 *Aduocato an liceat de quota litis paciſci.*
6 *Salarium Aduocato quale debeatur.*
7 *Aureorum æſtimatio quomodo facienda.*
8 *Salarium immoderatum reſtituere Aduocatum cogi.*
9 *Salarium in cauſa vitæ à iure limitatum non eſſe.*
10 *Honoris cauſa æquiparatur cauſę vitę.*
11 *Honor vitæ, rebusque præferendus eſt.*
12 *Salarium Aduocato deberi, ſi fideliter patrocinium pręſtet.*

PRIVILEGIVM LXXIII.

Aduocato ſalarium ex nudo pacto, imò & non conuentum debetur.

QVamuis nuda pactio obligationem efficacem iure ciuili non pariat, l. iuris gentiũ. §. igitur nuda. ff. de pact. l. ſi tibi. C. loca. † Aduocato tamẽ ex nudo pacto ſalariũ debetur, vt ſanciuit Imp. Theod. in l. vni. vbi Gl. & alij not. C. de ſuffr. & habet in l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extr. cog. & in c. non licet. 11. q. 3. gl. in l. ſalarium. ff. mand. Spec. in tit. de Salar. §. ſequitur. Alex. con. 109. n. 2. lib. 6. Fed. Senen. con. 218.
2 Dec. in l. creditori. n. 3. C. de pact. Et licet nonnulli putent † dictam l. vni. nõ loqui de ſalario, ſeu patrocinio Aduocatorum, ſed de ſuffragio, Cùm ſcilicet quiſpiã ex aulicis Principis, ſeu à ſcrinio Principem exorat, vt aliquem diplomate iuuet, vel ſumma poteſtate ſontem liberet, vt ex aliorum ſententia declarat Alcia. lib. 2. parad. c. 14. & Zaſi. in ſuis ſchol. ad l. 2. in ver. ſuffragium. ff. de orig. iu. Idem tamen dicunt omnes in honorarijs aduocatorum, & facit d. c. non licet. & c. Romana. §. nec etiam. de for. comp. Quinimò, etſi nulla præceſſit cõnuentio, illud pręſtandum erit, ac pro modo litis, Aduocatique facundia, & fori conſuetudine ſtatuendum, Glo. in d. l. vni. in ver. conſtruxerint, Feder. & Alex. in præcit. locis.

Quapropter Pute. deciſ. 21. lib. 3. refert fuiſſe per Dominos reſolutũ.

 † Suc-

3 † Succeſſorem prælati teneri ad ſalariū aduocati eum defendētis, ex quo
pro neceſſitate prælati fuit adhibita defenſio, ad qđ ſucceſſor tenetur,
gl. in c. 1. & 2. de ſolut. Abb. in c. ex præſentiū. de pignor. Cald. con. 1.
de ſolut. & ſequitur Gugli. Redoa. de reb. eccl. nō ali. fo. 333. q. 5. n. 11.
4 Nec omiſerim, Aduocatum, † qui propriam cauſam proſecutus ſit,
vel alterius aduocati patrocinio vtatur, poſſe ſalarium petere, etſi nihil
exſoluerit, Iaſ. in l. properādum. §. ſin autem alterutra. n. 14. C. de iudi.
Boer. q. 210. n. 3. Petr. Rebuf. ad cōſti. reg. tomo 3. in tit. de expen. dam.
& int. art. 5. gl. vni. n. 27. & facit Sarnen. deciſ. 65. Nam ſicut proprij la-
boris ratio habenda eſt, præſertim ſi ob eam cauſam occupatus non po-
tuit pro ſuis clientulis poſtulare, ita alterius Aduocati, cui tenetur ad
antidora, l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. & ideo tantum illi
abeſſe dicit. l. ſi quis mādato. ff. de neg. geſt. Qua de re plura vide apud
5 Tiraq. de retr. lign. §. 29. gl. 4. n. 5. cum ſeq. † Cæterùm de quota litis pa-
ciſci Aduocato non licet, vt docuit Bar. in l. ſumptus. ff. de pact. & in l.
litem. C. de procur. fraudes enim propterea excogitare poſſet ad victo-
riam cauſæ, vt ex Theol. probat Domin. Soto. de Iuſt. & iu. lib. 5. q. 8.
art. 4. verſ. vnuin autem. Qui vlteriùs dixit, non licere paciſci de aliqua
certa quantitate ſub conditione victoriæ, quæ ſit tamquam honorariū,
ſed in vtranque partem ſolùm. Ego tamen de hoc quandoque interro-
gatus reſpondi, licere parti, atque Aduocato ſub conditione victoriæ pa-
ciſci, ſi litigans paupertate oppreſſus, in caſum ſuccumbentiæ honora-
rium ſoluere non poſſet, namque impoſſibilitas eo caſu, ne pauperis iu-
ſtitia pereat; excuſare videtur, iuribus vulgaribus.
Salarium verò Aduocati, quamuis hodie lege municipali vbique ferè
6 limitatum ſit; † iure tamen ciuili in ſpecto centum aureos nō excedet,
vt reſp. Vlpi. in d. l. 1. §. licita autem. de var. & extr. cog. gl. in c. in templo
7 1. q. 3. quæ verba interpretantur nonnulli, † vt centum aureos, qui no-
ſtro tempore cuduntur; ſignificent, quorum ſententiam improbat Al-
cia. Diſpunct. lib. 3. c. 9. & copioſè declarat Gugl. Bude. de Aſſe, & par.
eius. lib. 5. pag. mihi 661. & in l. eadem lege. ff. ad l. Iul. rep. etenim in
iure noſtro non vna auri æſtimatio eſt, nec ſemper ſeptuaginta duo in
libram accipiendi ſunt, iux. l. quotieſcumque. C. de ſuſcept. lib. 10. ſed
pro tempore ſtatuentium Principum æſtimatio facienda eſt, cùm &
aureorum numerus hodie mirum in modum auctus ſit, vt annotauit
Rola. a Valle de lucr. dot. q. 53. n. 10. & ad effectum inſinuandæ dona-
tionis, Bellon. con. 74. n. 22. & Iul. Clar. in §. donatio. q. 15. Quare cen-
tum aureorum ſummam ab Vlpi. prolatam pro duobus auri pondo in-
telligunt, vel vt ſextertia decem, vt Alciato placuit, ſeu, quod idem
eſt, ſextertios decem mille importet, quam ſententiam probat Tiraq.

de Nobil. cap.29.num.27.
8 Declaratur primò, vt procedat, etiam ſi vlterius promittatur, † exceſ-
ſus enim reſtitui debet, Card. in clem. ſępe. in prin. de ver. ſig. quem ſe-
quitur Dec. in d. l. ſi creditori. n.4. vbi Alcia. C. de pact. reiecta Bal. opi-
nione in Auth. ad hæc. col. pen. verſ. inſuper quæritur. C. de vſur. Secus
erit ſi aduocatus vltra taxatam ſummam a ſponte offerente receperit,
quo caſu nec in foro conſcientiæ tenetur reſtituere, Inno. in c. quia ple-
rique. verſ. ſextus caſus. vbi et Abb. de immu. eccl. & Theologorum
authoritate comprobat Tiraq. d. c. 29. n. 36. qui n. 54. illud quoque ani-
maduertit, Iudicem poſſe cogere ad reſtituendum immoderatum ſala-
rium, quod & voluit Innoc. præcit. loco. circa med. verſ. ſed quid dices.
& Bal. in d. Auth. ad hæc. col. pen. verſ. inſuper quæritur. Quòd ſi iura-
mentum interuenerit, aliqui putāt etiam ad exceſſum prodeſſe, ex quo
talis prohibitio. ob priuatam clientulorum vtilitatem principaliter in-
ducta eſt. Guidopa. q. 190. In Honorarijs. & Dec. in d. l. creditori. n. 5.
9 Declaratur ſecundo, vt procedat in cauſa ciuili, † ſecus in cauſa vitę,
in qua ſalarij quantitas limitata nō eſt, merces enim, vbi mortis pericu-
lum euaditur, æſtimari non poteſt, l. ſi pater. §. fi. vbi doct. de donat.
Bal. in l. 1. C. manda. Dec. in d. l. creditori. n. 4. Bolog. in Auth. Habita. n.
313. Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 57. licet diſſentiat Arrius Pinel. ad l. 1. n.
62. verſ. qua argutia non obſtante. C. de bon. mat. quòd nempe in hu-
iuſmodi cauſis minus ſtudium ſufficiat, maiorique beneuolentia com-
10 penſentur. Idem aſſerunt, † ſi agatur de fama, & dignitate conſeruan-
11 da: Namque ſicut † honor vitę, rebuſque præferendus eſt, l. iuſta cauſa.
ff. de manum. vind. Bal. con. 312. viſis actis, ſub n. 3. lib. 4. Aym. Crau.
con. 2. num. 18. cùm expediat magis mori, quàm vt gloriam noſtram
quis euacuet; Ita honoris cauſa æſtimationem nō recipit, vt poſt Rayn.
de Forli. dixit Bal. in d. l. 1. in fi. C. mand. & annotauit Viuius com.
opin. in ver. Aduocati ſalarium.
12 Declaratur tertio, vt habeat locum † ſi Aduocatus fideliter patro-
ciniū pręſtiterit, vt poſt Bal. in d. l. creditori. dixit Dec. n. 3. aliàs ſi fuiſ-
ſet in dolo, vel culpa tenetur parti ad intereſſe, l. 1. C. de adu. diu. iud.
Bar. in l. 2. ff. mand. Alex. in rub. C. de procur. n. 2. Dec. in l. conſilij. de
reg. iur. Roma. conſ. 129. cum ſimilibus. Cætera de ſalario Aduoca-
torum mox adijciemus.

SVMMARIVM.

1 *Salarium quando debeatur Aduocato, vel Cōſulenti ſine reuolutione librorum.*
2 *Iuris ſcientiam non niſi vigilijs, & ſumptibus quęri.*

PRIVILEGIVM LXXIIII.

Aduocatus conſulens ſine reuolutione librorum ſalarium habere debet.

1 NEc multùm diſtat † Doctori mercedem non denegari, ſi quæſtioni propoſitæ ſine reuolutione librorum reſpondeat, vel patrocinium præſtet, Ita ſing. dixit Archid. in c. non licet. reprobata Gl. opin. 1. 1. q. 3. Ioa. Andr. ad Spec. in tit. de Salario. §. ſequitur. Card. & Imo. in c. cùm ab omni. col. fi. de vit. & hon. cle. Barba. in c. ex literis. de conſti. Dec. in c. cum in cunctis. n. 15. de elect. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. de off. proc. Caccial. de Aduo. q. 1. n. 8. Socci. reg. 229. Rebuff. de priuil. ſchol. priu. 46. Bolog. in Auth. habita n. 517. C. ne fil. pro pa. Ripa de prin. contr. temp. peſt. n. 116. Cagn. in l. diem functo. n. 168. C. de offi. aſſ. Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 30. qui Diui Antoni. auctoritate comprobat par. 1. par. 3. prin. tit. 6. c. 2. §. De ſalarijs Aduocatorum.

Et licet huiuſmodi ſcientia diuina liberalitate conceſſa videatur, c. reuertimini. 16. q. 1. & propterea gratis quoq; dandam eſſe nonnulli voluerint, ad tex. in c. 2. de magi. & quod hr. Math. c. 10. vt poſt gl. in d. c. non licet. ſenſit Spec. de ſalario. in d. §. ſequitur. Prior tamen opinio verior eſt, nam conditio periti, qui in aliquibus caſibus non indiget reuolutione librorum, deterior eſſet imperiti cõditione, qui in omnibus indiget, contra iuris, & æquitatis rationem; l. vlt. C. de alluuio. Nec eum
2 gratis accepiſſe dicendum eſt, † qui tot vigilijs, ac ſumptibus ad ſcientiæ culmen euaſit, l. ſtudiorum labor. C. de aſſeſ. Luc. de pen. in l. vni. n. 2. C. de ſtud. lib. Vr. Ro. lib. 11. Socci. in c. fi. n. 8. de magi. nemo enim repentè fit ſummus, c. ſi ſermo. de pœnit. diſt. 2. & Concinit Iuuenalis.

Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto,
Illa ſed aſſiduo parta labore venit,

Quod etiam probauit Mantuanus Homerus.

Nam via virtutis dextrum petit ardua callem
Difficilemque aditum primùm ſpectantibus offert,
Sed requiem prebet feſſis in vertice ſummo.

Glo. tamẽ opinio ſubſtineri poſſet, ſi caſus ſup quo cõſulitur, eſſet adeo clarus, quòd neminem lateret, vt in caſu §. gallinarum. ita Socci. d. reg. 229. Vel etiã ſi quis ſcientiã habeat à Deo gratis datam, c. non ſolùm. 1. q. 3. exẽplo Hæliſei, qui cùm ita Naaman à lepra curaſſet, nihil recipere voluit, eiuſque famulus lepra percuſſus eſt, quòd aliquid exegiſſet, vt habet 4. reg. c. 5. & poſt S. Antoni. probat Tiraq. præalleg. loco. n. 34.

PRI-

PRIVILEGIVM LXXV.

Aduocatus conductus pro certo ſalario extra ciuitatem debet etiam habere expenſas.

QVamuis conducens operas alicuius pro certo ſalario in dubio non teneatur ad expenſas, l. ſuo victu. ff. de oper. lib. Bar. in l. ſi nõ ſortem. §. libertus. n. 32. verſ. ſed ſi conſuetudo. eo. tit. Bal. in l. quoniam.
1 C. de teſta. † Aduocatum tamen conducens pro certo ſalario dietim conſtituto extra ciuitatem tenetur etiam in diebus itineris ad expenſas victus, nedum pro ipſo aduocato, ſed pro eius famulis, & equis, Bal. in l. vni. C. de ſuffr. Io. And. in reg. contractus. lib. 6. in mercur. Bologn. in Auth. habita. n. 16. C. ne fil. pro pa. & Iaſ. in d. §. libertus. n. 29. in fi. Et ſalarium debetur etiam pro ijs diebus, quibus fuit in via, Bar. in d. l. ſuo victu. n. 2. qui de medico loquitur. ad l. quod niſi. §. ex prouincia. ff. eo. tit. Roma ſing. 386. Iaſ. in l. diem functo, n. 42. de off. aſſ. & Fran. Rip. in l. quominus. n. 21. de flumin.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes non tenentur reſtituere ſalarium aduocato præſtitum.*
2 *Salarium iudicis officio peti poſſe.*
3 *Salarium aduocati quo caſu ad hæredes tranſmittatur.*
4 *Aduocati annales monaſteriorum, vel nobilium quãdo ſalarium tranſmittant.*
5 *Doctoris interfectores teneri ad damna, & intereſſe filijs hæredibus.*
6 *Salarium aduocato præſtandum eſſe, ſi per eum non ſteterit.*
7 *Iudici, cui ex forma ſtatuti debetur ſalarium poſt ſententiam latam, allegãti per ſe non ſtare ſalarium debetur.*
8 *Salarium deberi aduocato, etſi litigator cauſa ceciderit.*
9 *Paulus I. Conſultus Aduocatus fuit, & contrariam Iudicis ſententiam benignè comprobauit.*

PRIVILEGIVM LXXVI.

Aduocatus decedens integrum ſalarium ad hęredes tranſmittit, illique debetur, ſi per eum non ſteterit, quin cauſam ageret.

ETſi tempus, labor, & pecunia diuiſionem recipiunt, l. ſi vno. §. item cùm quidam. ff. loca. l. ijs ſcholaribus. in fi. C. de errog. mili. anno. lib. 12.

1 lib.12.† Aduocato tamen mortuo ab hęredibus mercedem repeti non
poſſe Diuus Seuerus reſcripſit, l.1. §. diuus. vbi gloſ.& omnes not.de
var. & extr.cog.l.qui operas.ff. loca.& non ſolutum ad hæredes etiam
extraneos pro eo anno tranſmittitur, l. poſt duos. vbi gl. C.de adu.di.
iu.Innoc.& Imo.in c.propter ſterilitatē.de loca.Bal.in l.1. C. de ſuffr.
Pute.de Synd.in §.facta eſt,& in §. rex cōceſſit. Viuius com. opi.in ver.
Doctor.& not.in l.diem functo.vbi Dec.n.16.Curt.iun.n.59.& Hier.
Cag.n. 218.ff. de off.aſſ. Cùm enim legalis hæc ſapientia pretio æſti-
mari non poſſit,d. l. 1. §.proinde.Et aurum comparatione ſapientiæ ſit
arena exigua. Sapi.7. Ideo honorarium non ob laborem ſolùm,ſed ob
dignitatem,& probitatem ſcientiæ, ac intellectus principaliter debe-
tur.d. l.qui operas.§.Aduocati. Vbi Paulus I. Conſultus patrocinium
aduocati à locatione operarum ſeparauit, etſi eo caſu idem iuris eſſe
2 reſponderit. Hinc † honorarium iudicis officio, ſiue actione in fa-
ctum,non ex locato peti debet. l. 1. in prin. vbi Bar. & Alex. not. ff. ſi
mens.fal.mo.dix.Bal.in d.l.vni.C.de ſuffr.& notant omnes in d. §. di-
uus.& in l.diem functo.vbi Cagn.n.174.& Siluan.con.28.n.22.lib.1.

3 Ampliatur primò, vt † Aduocatus decedens tranſmittat ad hęredes
ius ſalarij reſidui temporis,ſiue ſit annuum,ſiue pro lite certa debitum,
ſiue datum,ſiue promiſſum,cùm per eum non ſteterit,quin cauſam age
ret,& ſeruiret,Bar. & Salic.in d. l.poſt duos.& Cagn.in l.diem functo.
n.218. qui id intelligit etſi Aduocatus ſeruire non incępit, ſi tamen
4 pro tempore non limitato conductus fuiſſet,† Si verò conductio eſſet
annalis,& pro omnibus cauſis eo tempore occurrentibus, vt in Aduo-
catis Monaſteriorum,& nobilium fieri aſſolet, requiritur quòd annus
ſit cœptus,& Aduocatus ſeruire cœperit, d.l.poſt duos.ibi,ex quo offi-
cium peragere cœperit & in d. §.diuus. ibi ſalarium reſidui temporis,
vbi Bar.id not.ſub.n.7. verſ. ſi verò.& n. 12.in fi.& Dec.n. 16.

5 Secundo ampliari poteſt, vt † interfectores quoque Doctoris tenean
tur præſtare alimenta, nec non damna,& intereſſe filijs hęredibus,quā-
uis ij artificium habeant; pro toto tempore, quo veriſimiliter viuere
potuiſſet, per ea quę notat Spec.de iniur.§.2.verſ.ſed nunquid.Abb.
in c.1.col.1.verſ. vlterius quæro.de iureiur.Hippol.con. 111.n.19. &
con.131.n.94.Iura enim quæ loquuntur in vulnerato militant in occi-
ſo.Thom.Gram.con.92. lib.2.Puteus dec.280.lib.3.qui docet quō mō
pacto Doctoris occiſi operę ſint taxandæ.

6 Tertiò ampliatur etiam, † ſi is non poſſit aduocationē implere prop-
ter caſum fortuitum infirmitatis,vel ſimilem in eius perſonam contin
gentem, d. §.diuus.& dixit Alex.in l. ſi vno.ff.loca.

Quarto ampliatur,ſi per clientulum ſteterit,quominus cauſa termi-
naretur,

naretur, facit l.aduocationis. C.de cond. inſer.gl.in §.diuus. vbi Bar.n. 14.vt ſi amicabili cõpoſitione finis liti impoſitus ſit.gl.in l. fi. in ver. ex euentu litis.ff. mand.Cagn.in d.l.diem functo.n.156.& communẽ dixit Guidopa.q.102.n.2.vel etiã ſi res petita interierit, ita quòd reus nõ
7 teneatur, l, vtique.§.non etiã.de rei vend.& dixit Gl.in d.§.diuus. † Sicut etiam iudici, cui ex forma ſtatuti ſalarium debetur, poſt ſententiam latam, proteſtãti. per ſe non ſtare debetur ſalarium, ac ſi ſententiã protuliſſet, vt conſuluit Roma.con.85.euidenter oſtenditur.

8 Quinto ampliatur, vt non minùs † Aduocato ſalariũ debeatur, quòd cauſa ceciderit, arg.l.ſed an vltro.de nego.geſt. & facit gl. in cap. 1. 83. diſt.quæ vult medico ſoluendam eſſe mercedem, etſi ægrotus decedat, quod & Tiraq. probat de Nobil. c.29. n. 55.aſſerens cauſa etiam amiſſa plus Aduocato ex pudore deberi, quàm ſi viciſſet, quo caſu laus eſſet loco præmij, ex Epigr. Marti.lib.7. ad Sextum.

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam,
Miſiſti nummos, quot mihi? Mille, quid eſt?
Narraſti nihil, inquis, & à te perdita cauſa eſt,
Tantò plus debes Sexte quòd erubui.

Quod ſanè vt ipſe lectionis gratia refert, Ita aduocatus ſi doloſè, vel ob imperitiam cauſam perdat, ſiue iniuſtam foueat, parti aduerſæ tenetur, vt aliàs diximus. Si verò præter conſcientiæ notam in cauſa ſuccumbit,
9 id ægrè ferre, aut pertinaciter ꝓpterea inſequi nõ debet, † exẽplo Pauli I. Conſulti, qui in l.quæſitum eſt.§.cùm vir.ff.de leg.3.atteſtatur ſe Aduocati munere functũ, & in cauſa, quam profitebatur; Iudicis auctoritatem aduersùs ſuã ſententiã benignè accepiſſe, & reuerenter cõprobaſſe.

Relatũ verò priuilegiũ non haberet locum, vbi promiſſio facta eſſet, ſi operæ præſtarẽtur, ad l.legatũ.C.de cond.inſer.& l.1.§.ſi cõueniat.ff. depoſ. vel ẽt in Aduocato reperto literarũ ignaro, vt poſt Seuerin. in d. l.diẽ functo.declarat Cagn.n.219.Illi namq; huiuſmodi priuilegijs nõ fruuntur, ad tex.in l.culpa.ff.de reg.iu.& ſuo loco expoſuimus.

SVMMARIVM.

1 *Feſtiuis diebus ſtudere licet.*
2 *Feſtis diebus quo caſu Doctor honorarium recipere poſſit.*
3 *Feſtiuis diebus diuino cultui vacandum eſſe.*

PRIVILEGIVM LXXVII.

Doctoribus feſtis diebus ſtudere licet.

QVamuis Iudices, cunctarumq; artiũ officia feſtiuis diebus quieſcere debeant, l.omnes iudices.C.de ferijs.c.1.eo.tit.ac priùs lege di-

1 uina ſancitum ſit Leuit.c.23.Seruile opus ſabbato ne feceris. † Doctoribus tamen(etſi non pauci huic priuilegio renunciant) hiſce diebus ſtudere licet, vt poſt D.Thom.2.2.q.41.art.vl.volũt noſtri in d. l. omnes. & in l.pen.ff.de ferijs.Studẽdo enim à prauis cogitationibus ſubtrahimur, ac intellectus illuminatur ſcientia, Sanctorũ Apoſtolorum exemplo, qui die dominico Spiritus Sancti gratia omni ſcientia repleti ſunt, Actu. Apoſt.c.2.

2 Verùm ſi Doctor his diebus aliquod reſponſum dederit, † honorarium pro eo petere non poteſt, etenim petendo fateretur, ſe propterea die feſto elaboraſſe,ita Alberi.in l.2.C.de ferijs.Rip. de peſte. in §.medicorum.n.133.& tradunt Canon. in d. c. 1. de ferijs.etſi ſponte oblatum recipere poſſit, multa namque honeſtè capiuntur, quæ inhoneſtè petuntur,l.1.§.proinde.ff. de var.& extr.cog.& Rip. præcit.loco.

3 † Sed eo præcipuè tempore diuino cultui vacandũ eſt,quod etiã efficiemus,ſi ludis,cæteriſque obſcænis poſthabitis,iux.c. 1. de conſecr.& l.fi.C. de ferijs.iuſtum conſiliũ gratis dabimus, atque ſacram aliquam lectionẽ præ manibus habeamus, ex qua vberrimum fructum demetemus, ſi ad eam libero ingenio accedamus, Teſte D. Hierony. Ama ſcientiam ſcripturarum,& carnis vitia non amabis, vt habetur in c.nũquam.de conſecr.diſt.5.

SVMMARIVM.

1 *Scientia & doctrina in doctore præſumitur.*
2 *Reſtitutio in integrum quo caſu detur doctori iuris, ſiue facti ignorantiam allegant i.*
3 *Reſtitutio in integrum datur ei,qui aduocatum tempeſtiuè non inuenit.*
4 *Aduocatus alteri preſtans aduocationem,quando ſibi in re controuerſa præiudicet.*
5 *L. inter officium.ff.de rei vendic.declaratur.*

PRIVILEGIVM LXXVIII.

Doctor præſumitur peritus.

QVamuis ſcientiam,quæ diuturno labore acquiri ſolet; quis habere non præſumatur,gl.in c. ſi forte.in ver.ſcientiæ. de elect.lib.6.
1 & tradit Alcia.de præſup.reg. 3.præſ.3. in fi.† Doctor tamen præſumitur doctus,& ſufficiens, l. vni. C. de prof.qui in ur.Cõſt.lib.12.l.vnica §.ideoq;. De nouo Cod.fac.Bal. in rubr. & Salic.in l.fi. C.de pœn. Iud. qui ma.

qui ma.iud. Bologn.in Auth.habita. n. 101. Alcia.reg. 3.præſ.19.n.2; Corn.con.314.n.5.lib.3.

2 † Hinc eſt quòd Iuris ignorantiam doctor prætendere nõ poteſt,l.profeſſio.C.de mun.patrim.lib.10.l.1. C. qui, & adu. quos. neque aduerſus illã in integrum reſtituitur, vt poſt Gl. in d. l. profeſſio.dixit Guido
3 pap.q.88.† Quinimò alij Aduocatum ipſum tempeſtiuè non inuenientes in integrum reſtituuntur,ſi debita diligentia facta fuit, Fulgos.in l. ait prætor.§.fi.ff.ex qui.cau.mai.& ſequûtur Moder. Perus.in tract. de Reſt.in integ.q.13.n.30.

Verùm in non concernentibus iuriſperitiam Doctor reſtituitur,vt ſi facti ignorantiam deduceret, cùm facta etiam prudentiſſimos fallant, l.2.C.de iur.& fact.ignor.Bal.in rub.C.de Sum.Trin.Vel etiam ſi is parum de ſua ſcientia confiſus conſuluit peritiores, & malum reportauit conſilium, quia per hoc non debet iure ſuo priuari, vt inquit Deci.in l. iuris ignorantia. n. 19. C.qui admit. Quam tamen Decij ſententiã impugnat Ioa.Maurit.Bola.in tract.de Reſtit.in integ.c.87.exemplo iudicis malè iudicantis,ad not. à Bar.in l. ſi cõuenerit. ff.de re iudi. Ego verò Decij ſententiã eo caſu ſaltem probarẽ, cùm doctor in re dubia,atq; difficili peritiorẽ conſuluiſſet, namq; iuſtam cauſam erroris habere videtur,cùm nec quiſque eminẽtis ſcientiæ eſſe valeat, ad not.per Innoc. Abb.& Dec.in c.cùm in cũctis.de electio. & preclarè Horatius cecinit.

Non poſſis oculo quantùm contendere Lynceus
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Eſt quoddam prodire tenus,ſi non datur vltra.

4 Quibus etiam conſequens eſt, † Aduocatum patrociniũ præſtantem in cauſa alterius,in qua prætendit habere ius,cenſeri iuri ſuo renũciaſſe, c. ex literis.vbi Gl.Hoſti.Abb.n.4.& alij not. de tranſact. Quod intelligũt
5 procedere ſi ſciens id fecerit,ſecus ſi ignorãs, † & facit l. inter officiũ.ff. de rei vendi.Vbi Aduocatus aſſiſtens vendicanti rem ipſius aduocati aduerſus alium, dominiũ ſuum non amittit, quia nempe inſcius id fecit, vt ibi declarat Glo.vel dicas, vt perpendit Bart.in caſu d.l.interofficiũ. non ſufficere ſolum conſenſum ad amiſſionẽ dominij, ad l.ſi quis ui.§. differentia.ff.de acquir.poſ.Ideo Andr.Tiraq.de vtroq.retr.§.1.glo.9. n.263.&ſeq.ſentit hac in re animaduertendũ eſſe, an res,in qua præſtatur aduocatio,huiuſmodi ſit,cui ſolus cõſenſus ſufficiat, an non,vt primo caſu obſit aduocatio, tanquã per eam conſenſum præbere cenſeamur, ſecundo nõ noceat, ꝙ nempe conſenſus iſte nõ ſufficiat, vt nobis præiudicemus. Et ideo,quia ſolus cõſenſus põt approbare teſtamẽtum; Aduocatus operã ſuam impendẽs petenti legatum ex teſtamẽto,remouetur ab accuſatione teſtamẽti,l. vl.in prin. ff.de in off. teſta.Et ei dene-

Q gatur

gatur actio ex teſtamento, qui ipſius teſtamenti accuſatori affuerit, hoc eſt aduocatus fuerit. l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de his quibus vt indi.

PRIVILEGIVM LXXIX.

Doctor legem dubiam interpretari poteſt.

ETſi eius eſt legem declarare, cuius eſt condere, l. leges ſacratiſſimę. §. ſi quid vero. & l. fi. C. de legi. c. inter alia. de ſent. exc. c. cùm veniſſ
1 ſent. vbi gl. de Iudi. † Doctorum tamen authoritas ea eſt, vt legem dubiam interpretari, & declarare poſſint, eorumque interpretatio ſeruanda eſt, ſi de errore non conuincatur, l. vni. ibi, Interpretandi ſubtilitatē. C. de prof. qui in vr. Cōſt. lib. 12. gl. in l. non puto. ff. de iure fiſ. & in c. 1. vbi canon. not. de deci. ac inter cætera Iuriſconſultorum priuilegia retulit Bolog. in Auth. habita. n. 146. C. ne fil. pro pa.

SVMMARIVM.

1 *Lex vbi non reperitur ſtandum eſt Doctorum ſententiæ.*
2 *Baldi ingenium ius ciuile locupletauit.*
3 *Doctorum dicta intelligenda eſſe ſecundùm iura ab eis allegata.*
4 *Doctori principaliter, ac deciſiuè loquenti magis credendum eſt.*
5 *Communem doctorum ſententiam iudices ſequi debere.*
6 *Communem ſententiam ſicut ius ipſum ſeruandam eſſe.*

PRIVILEGIVM LXXX.

Doctorum ſententia pro lege ſeruatur, vbi canon, vel lex non reperitur.

ETſi legem condere regium eſt, l. 1. & l. humanū eſſe. C. de legi. Vbi
1 tamen legis, vel canonis diſpoſitio nō reperitur, † I. Conſultorum ſententiæ ſtandū eſt, c. 1 ibi, non lege præceptā, ſed arbitrio magiſtrorū inoletam. de deci. Archid. in c. nolite timere. 11. q. 3. Feli. in c. 1. nu. 54. verſ. nono fallit. de conſti. Ang. in l. ſi idem cum eodem. per illum tex. ff. de iuriſd. om. iu. Purp. in l. cum quid. n. 84. ſi cer. pet. Neuiz. Syl. nup. lib. 5. n. 24. & con. 2. n. 16. Barba. con. 36. n. 40. lib. 2. Euerar. in loco à le-
2 ge ceſſ. poſt medium, & in loco ab author. † Vnde etiam Baldi ingeniū ſæpe laudatur, quòd tantùm ius noſtrum locupletauerit.

Et quamuis dici ſoleat, Doctorū ſentētiam probabilem tantùm eſſe, non neceſſariam, iux. gl. in c. 1. in ver. interpretatus. in ſi. de poſt. præla.

Bar.

Bar.in l.1.n.9.& ſeq.C. de legi. & tantum probare dicatur, quatenus nititur legi.§.conſideremus.in Auth.de trien.& ſemiſ. c.1. de conſti.
3 † Doctorumque dicta intelligenda eſſe ſecundùm iura ab eis allegata, Io.Andr.in c.cùm nuncius.col.2.de teſti.Bar.in l.non ſolum.§.ſi liberationis.n.7.in fi.de liber.leg.Dec.conſ.622.n.5. Cephal. conſ.186.n.60.lib.2.Rola.con.39.n.32.lib.4.Quia tamen omnia legibus exprimi nequeũt,l.neq; leges,& l.nõ poſsũt.ff.de legi Doctorũ ſentẽtia ſeruãda eſt,ſi ratione nitatur, & erronea nõ probetur,vt declarant relati omnes.

In hac autem Doctoris opinione deligenda,eam præferemus,quę ſit magis deliberata,l.Diui fratres.ff.de iure patr. Cephal.con.310.n.8.lib.
4 3.† & ideo magis credendum eſt doctori principaliter, & deciſiuè loquenti, quam incidenter, & relatiuè,iux.l.fin.§.mixta.ff.de mun.& honor.& tradunt Alcia.de præſump.reg.1.præſ.51.n.4.& ſeq.Paris. con.91.n.48.lib.3.Socci.Iun.con.1.n.143.lib.1. Cephal.con.278. nu.10.lib. 2. & opinio,quæ cæteras diſcordantes conciliat, amplectenda eſt, Socci. con.66.n.28.verſ.& hæc opinio.lib.1.Grat.con.30.n.33. lib.1. Cephal. con.278.in fin.lib.2.

Si verò plures, ac diuerſæ reperiantur ſententiæ (quod huius facultatis iniuria plerumq; videmus) eam cõſulẽdo,& iudicãdo ſequemur,
5 † quę crebrius recepta ſit,l.1.§.& ſanè crebrior.de off. quęſt.c.nouim°. de ver.ſig.& not.in c.1.vbi Feli.n.54.de cõſti.quæ ẽt vera pſumitur, Alcia.reg.1.pręſ.51.n.2.legiſq; ſortit auctoritatẽ Galia.in l.cẽturio.n.291.
6 de vul.& pu.Bero.con.91.n.17.lib.2.† & ſicut ius ipſum ſeruandã eſſe dixi. Grat.con.77.n.4.lib.2.quare contra communẽ iudicãs plures ſubit pœnas,vt not.Ang.Alex.Iaſ.& alij.in l.cùm prolatis.de re iud.eaſq; proſequitur Corast.in tract.de com.opin.lib.3.tit.12.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinem probandam eſſe.*
2 *Conſuetudinem vſſe Doctori aſſerenti quo caſu credendum ſit.*
3 *Conſuetudinem laudabilem Principem ligare.*
4 *Communis vſus loquendi, & cõmunis opinio probatur atteſtatione Doctoris & n.5.*

PRIVILEGIVM LXXXI.

Doctori de conſuetudine atteſtanti, & de cõmuni opinione,atquę vſu loquendi fides præſtanda eſt.

1 ETſi conſuetudo eſt quid facti,l.de quibus,ibi,rebus ipſis,aut factis. C.de legi.& facta nõ pręſumunt,niſi pbẽtur,c.cùm in inre.de off.

deleg.Bal.in l.conſentaneum.in 5.opp.C.quom.& quan.iu.Dec. in c.
2 in præſentia.n.10.de proba.Aym.con.198.in prin.† Doctori tamen de conſuetudine atteſtanti credendum eſt, vt ſcripſit Bar.in d.l.de quibus. n.21.& communiter receptum eſt, Cuma.con.57.in fi. Dec. 559.n.6. & in l.2.§. mutui datio.num.20.ſi cer.pet.Aym.conſ.166.nu. 9. Socci. Iun.con.131.n.1.lib.2. Rola.con.71.n.21.& conſ. 87.n. 12. lib.1. Iaco.Meno.con.190.n.1.lib.2.& Ant.Gabri. in tit.de probat. concl.4. Et olim I.Conſulti ipſi legum conditores ſæpe de cõſuetudine atteſtabantur, vt in l.eſt receptum.ff.de iur.om.iudi. in l.illud vſitatiſſimum. ff.de excuſ. tut.& l.hoc iure vtimur. ff. de ver.oblig.

Nec parum huic priuilegio deferendum eſt, ita enim conſuetudinẽ eſſe veritatem ipſam aſſerere eſt, vt probat Aym. conſ. 238.n. 8. & ſeq. quæ leges ipſas, & Principum reſcripta ſilere facit, vt dixit Ioan.Iaco.de Leonar.inter conſil.Bruni con.117.n.114. & ſequitur Iaco. Meno. de
3 arb.iud.quęſt.lib.1.q.71.n.8.† Et laudabilem conſuetudinem Principem ligare reſpondit Curt.Sen.con.51.num.12.in fi.

Quòd ſi prædictę concluſioni non pauci aduerſentur; Id tamen crebriùs receptum eſt, Doctoris atteſtationi præſumptiuè ſaltem credendum eſſe, adeo quòd onus probandi contrarium transferatur in aduerſarium, ac ita verè ſenſit Bar.in d.l.de quibus.n.21.verſ.è contra credo. Aym.d.con.166.Grat.con.4.lib.1.Socci. Iun.con.60. lib. 2. Gabri.d. concl. 4.in prima limit.Menòc.conſ.190.in prin.& de arbit.iud. caſu. 360. num.94.

Declaratur ſecundo, vt procedat, ſi atteſtetur de conſuetudine loci, vel curiæ, in qua verſatus eſt, Put.de Syndi.in verſ.Doctor, ſeu Aduocatus. Alex.con.5.n.11.in fi.lib.3.Dec.con.472.n.16.Rola.con.98.n.23. lib.4.Gualden.in tit.de ſubſtit.remed. 35. n 5. etiam ſi ſint Doctores mortui, Burſa.con.43.n.53.lib.1.

Declaratur tertio vt habeat locum in Doctore famoſo.Bar.in d.l.de quibus.n.21.Ibi, ergo authoritas excellẽtis doctoris. ſequitur Gabr.d. concl.4.iux. fi. Cephal.con.361.n.25.lib.3.cum relatis à Viuio recep. ſent.in ver. Doctori famoſo.

Declaratur quarto, vt magis procedat, ſi plures de conſuetudine atteſtarentur, quod & Alexandro placuit in l.poſt dotem.n.29.ſol.ma. Iaſ. in d.l.de quibus,col.pen.Socci.con.252.col.7.lib.4.Rola.d. conſ. 71.
4 n.22.per ea, quæ notat Curt.Sen.con.74.† aſſerens Communem quoque loquendi vſum probãdum non eſſe, quãdo plures Illuſtres Doctores de eo atteſtantur, quem ſecutus eſt Aym.d.con. 166.num.9.& con. 325.in princ.

5 † Qua ratione Doctori creditur etiam, ſi de cõmuni opinione atteſtetur.

tur. Grat. con.88.n.2.lib.2.Bero.con.99.n.4.lib.1.Vt hoc quoque caſu onus probandi contrarium aduerſario incumbat, Hercul. de prob. negat.n.302. etſi nullum, aut paucos auctores eam tenentes allegaret, ex quo id eius auctoritati, & fidei tributum eſt, vt animaduertit Corat. de com.opi.lib.1.tit.7.n.7.verſ.quæ concluſio.

Nec repugnat, quod prædicta iure diffinita non habeamus, atque ſi ea admittimus, duplex videatur ineſſe ſpecialitas, Prima, quòd teſtis nõ iuratus recipiat, contra l.iuriſiurandi. C.de teſti.& c.nuper.ex.eod.tit. Secunda, quòd is deponeret per ſcripturam, contra not. in c. tuis. de teſti.Id namque procederet in ſimplici teſte, ſecus in Doctore, cui hoc incumbit ratione officij, vt eſt in Tabellione, ad not. in l. ſi quis decurio. C.de fal. Bar.in d.l.de quibus.n.21.verſ. non obſtat tex. & Phil. Dec. in d.l.2.§.mutui datio.n.20.ſi cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Cõſilium, & opinio Doctoris quo caſu releuet ſuccũbentẽ ab expẽſis. & n.11.*
2 *Conſilium Doctoris excuſat à dolo.*
3 *Doctorum dubia reſolutio excuſat ab attentatis.*
4 *Fideicommiſſarius non agit ad rem alienatam cum conſilio doctorum, ſed ad pretium.*
5 *Iudex pronuncians contra communem excuſatur, ſi ſui Doctoris opinionem ſequatur.*
6 *Veritas eſt mater Iuſtitiæ.*
7 *Sulpitius ſcripſit de erratis Q. Mutij præceptoris.*
8 *Vlpianus, Paulus, & Martianus de Papiniani notis ſcripſere.*
9 *Celſus filius Celſi ſententiam reprehendit.*
10 *Conſilium mutare Doctor quandoque poteſt.*

PRIVILEGIVM LXXXII.

Doctoris authoritas, & conſilium releuat ſuccumbentem ab expenſis, & Iudicem in Syndicatu excuſat.

ETſi ſuccumbens in cauſa ad expenſas parti reficiendas condemnatur. l.properandum. §.ſiue autem alterutra. C.de iudi. c. finem. vbi
1 Butr. n.25. & Abb.n.15. de dolo. & cont. † Doctoris tamen conſilium, & authoritas ab expenſis excuſat, quaſi iuſtam cauſam litigandi præbere videatur, vt dixit Ang. in l. terminato, num. 2. C. de fruc. & lit. exp. Alex.conſ.76.num.11.lib.7. Corn.con.148.num.30.lib.2.Curt.iun. con.19.

con. 19.n.4.Tiraq.de pœn.temp.cauſ.51.n.108.Bolog.in Auth. habita.n.150.Ioa.Bapt.a Villab.com.opi.in ver.conſilium.

Quod etiam aduerſus cõmunem intellexit Alcia. reg. 1.pręſ.51.n.8.
2 vbi plura in addit. † Eaque excuſat à dolo, Alex.con.19.n. 13.lib.7.&
in foro conſcientiæ, ſecundum Innoc. in c.cùm innitaris.de conſti. Ro-
3 ma.ſing. 52. † Et dubia doctorum reſolutio excuſat ab attentatis, vt in
vna Eugubina Præpoſituræ pro D. Galaſſio Benio refert Put. dec. 156.
lib.3.

4 Qua ratione conſuluit Alex. con. 184. n. 7.lib. 2.quòd † ſi quis rem fideicommiſſo ſubiectam alienet, & appareat contrahentes ipſos duos conſuluiſſe I. Conſultos in loco, qui uiſo teſtamento alienari poſſe reſpõderint; alienatio ſubſiſtet, nec vlla fideicõmiſſi ratione res ab emptore abducetur, ſed venditor, vel eius hæres ad reſtitutionem pretij fideicommiſſario cogi poterit, nam iuſtam cauſam erroris ille habuit, qui iuriſperitis credidit, quàmuis minùs bène conſuluiſſent, ad tex. in l.in bonorum.in fi.vbi Bar.ff.de bon.poſſ.nec teſtamenti, vel ſubſtitutionis ignorantia requiritur, vt aliqui putant, iuſta namq; ignorãtia fideicommiſſi abſque alio conſilio alienationem confirmat, l. fi.ff.de leg.2.

5 † Iudex etiam contra communem pronuncians in ſyndicatu non tenebitur, ſi Doctoris, & pręceptoris pręſertim conſilium ſequatur, & fuit celebre dictum Oldr.in l.quęſitum §.1.de fun.inſtr.quod ſequitur Iaſ. in l.generaliter.n.10.de in ius uoc. Ferrat.caut.31.Sylua Nupt. lib. 5.n. 38.Feli.in c.1.n.56 vbi Mar. Mant.n.110. de conſti. Pręceptoris enim ſententiã tueri aduerſus cęteros, aut certè excuſare tenemur, exemplo Caſſij in l.dicere. §.vnde uidendũ.vbi Bar.id no.de arbi. Bal.in l.fi.col.
6 2.C.de pęn. iud.qui ma. iud. † Etſi Veritati, quam matrem Iuſtitię appellauit Bal.in l.libertini.ff.de ſta.homi.poſtponẽda ẽ, Dec.in c.vt debi-
7 tus.n.67.de appel.iuxta Philoſophi adagiũ aduerſus Platonẽ. † Quod
& Sulpitium obſeruaſſe ſcimus, qui libros integros compoſuit de erra-
8 tis Q. Mutij Scęuolę pręceptoris, l. Mutius.ff.pro ſocio. Nec non † Vl-
pianum, Paulum, & Marcianum, qui de Papiniani alioquin acutiſſimi
9 notis ſcripſerunt, & quod magis eſt, † Celſus filius Celſi ſententiam reprehendit, l.3.§.ſi quis quaſi ſtatuliber. ff. de cond. cau. da. Cùm poſſit vnus, & forſan minoris ſciẽtię, doctiores aliqua ex parte ſuperare, l.1.§. & ideo. C. de vet. iu. enucl. Corn. con. 55.lib.4.Aym.de antiq.temp. par.3.num.14.

10 Quinimò receptum eſt † Doctorem qui ſemel vnum conſuluit, poſſe variare, & mutare conſilium, ſi videat veritatem in oppoſitum. ita Bal.in l.fi.§.ſed cum.ad fi. C. de furt. Angel. in l.labeo. in fi.ff.de ſeru. ruſt.præd.Iaſ.in l.edita. n.8. C. de eden. Et quamuis rectè admoneant

ab hoc cauendum eſſe tanquàm ab igne propter malignitatem linguarum, nihilhominus oportet I. Conſultum veritatem ſequi, & manifeſtare, illamque aliorum opinioni præponere.

11 Declaratur mòdò relatũ priuilegiũ, vt † ꝓcedat ſi is Doctor ſit inter inſignes I. Cõſultos & cũ eo concurrãt coloratæ rationes, vt poſt Bal. in l. filiũ quem. C. fam. herc. docuit Ferrat. d. caut. 31. Gerar. ſing. 62. & Feli. in c. cùm cõtingat. de reſcrip. nec põtuiſſet ſequi opiniones inſolitas, ad ingenij oſtentationem, arg. l. 1. de ſenat. Bal. in l. fi. col. fi. C. de pœn. iud. qui ma. iu. Feli. in c. ſuper his. de accuſ. nec etiam eſſet malæ conſcientiæ, & conſuleret omnibus deferentibus aurum, Fulgo. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti amiſſione probata ad iuſiurandum deueniri.*
2 *Inſtrumenti deperditi tenor probatur per doctores, & inſignes notarios.*
3 *Scripturæ priuatæ deperditæ veritatem probari per viros literatos, etiam in præiudicium tertij.*

PRIVILEGIVM LXXXIII.

Doctores, vel inſignes notarij deponentes ſuper tenore deperditi inſtrumenti plenè probant.

1 ET ſi probata inſtrumẽti amiſſione, ac eius tenore ad iuſiurandũ deueniendũ eſt, ad plenã fidẽ faciendam, l. ſicut iniquũ. vbi Gl. & Bar.
2 C. de fi. inſtr. † Si tamẽ Doctores experti, vel etiã inſignes Notarij deponant de tenore deperditi inſtrumenti, eius tenor, ac veritas probata erit, vt poſt Gl. dixit ibi Bar. n. 2. & in Auth. ſi quis in aliquo. ſub n. 6. vbi Alberi. n. 4. & Dec. n. 28. C. de eden. ac idem in c. quoniam contra. in fi. de probat. Aret. in §. ſed etſi prætor. col 1. verſ. aduertas. Quib. mo. ius pat. pot. ſol. Alex. cõn. 196. n. 9. lib. 2. Cumia. 137. in fine primi dubij. Iaſ. 42. col. 1. lib. 1. Dec. 82. n. 3. & cõſ. 214. n. 1. Afflic. decis. Neap. 274. n. 4. & 302. n. 5. Feli. in c. ſicut. n. 3. de re iudi. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glo. 7. n. 56. Alcia. reg. 3. præſ. 31. n. 3. Mouentur omnes per textum optimũ in c. cùm olim. il primo. de priu. in quo licet cõcurrant etiã Cardinaliũ dicta, quibus meritò fides adhibenda videtur, vt not. Ang. in d. Auth. ſi quis in aliquo. in fi. Prædictorum tamen peritiæ id quoque tribuendum eſt, vt declarat ibi Dec. num. 28.

3 Quod amplia etiã † in ſchedula in prǽiudiciũ aliorũ, qui publicò niterẽtur inſtrumento, iux. l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab. Namque

ſi ea

ſi ea non ſubſcripta tribus teſtibus viſa fuerit ab huiuſmodi viris literatis, qui in id ipſum teſtificentur, ſatis erit ad probandum id, quod in ea continetur, etiam contra tertium, ita ſing. dixit Bal. con. 198. col. 2. ver. & ex hoc pono talem concluſionem. lib. 1. & ſequitur Tiraq. præcit. loco. num. 55.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio quare inualida ſit.*

2 *Donationem filio ſtudiorum cauſa factam valere, & irreuocabilem effici.*

PRIVILEGIVM LXXXIIII.

Filio Doctori pater ſtudiorum cauſa donare non prohibetur.

ETſi pater filio donare non poteſt, l. 1. §. ſi pater filiæ. ff. pro dote. l.
1 donationes quas. C. de donat. int. vi. & vx. † cuius rei rationem adducit Bar. in l. frater a fratre. n. 57. & ibi Iaſ. n. 44. & Ioa. Crot. n. 68. de
2 cond. ind. Paris, con. 16. n. 24. lib. 2. † Pater tamē filio ſcholaſtico, ac demum laureato, ſeu filio iam doctori ſtudij cauſa donare poteſt, idque quaſi caſtrenſe peculium filij efficitur, l. 1. & l. caſtrenſe. de caſtr. pec. Bar. in l. 1. §. nec caſtrēſe. verſ. hic aduerte. ff. de coll. bon. Alex. con. 142. n. 15. lib. 2. & in l. ſi donatione. n. 8. vbi Dec. n. 42. C. de collat. Rip. in l. in quartam. n. 170. ad l. falc. Rola. con. 11. n. 17. lib. 2. Taliſque donatio irreuocabilis efficitur, Iaſ. in l. filiæ licet. n. 3. C. de colla. & Iul. Clar. in §. donatio. q. 8. verſ. Tertio infertur.

PRIVILEGIVM LXXXV.

Donationem alicui factam ſi ſtuduerit, Doctor demum effectus aſſequetur.

1 NEc diſſimile eſt, † Relictum alicui ſub ea conditione ſi ſtuduerit, non deberi niſi demū laurea candidato, Ita enim interpretamur ea verba ſi ſtuduerit, nempe, & ſi ita profecerit, vt doctorari meruerit, Bal. con. 284. lib. 2. Dec. con. 176. & in Auth. quod locum. num. 7. in fi. C. de collat. Iaſ. con. 149. lib. 4. Hippol. in l. is qui cum telo. num. 65. C. ad l. Corn. de ſicar. & Iacō. Meno. de arb. iud. quæſt. caſu. 131. nu. 3. & caſu. 137. num. 31.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum filio de libris legalibus, ſi in iure doctoretur et medicinę, ſi in medicina, vtrunque deberi, ſi filius vtrumque gradum aſſumpſerit.*
2 *Caſus mixtus continetur ſub ſimplicibus fauore ſtudij.*

PRIVILEGIVM LXXXVI.

Doctori ſi ſtudiorum cauſa relinquatur, ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus.

ETſi mixtum ſub ſimplicibus regulariter non comprehenditur, l. ſi ita. ff. de lib. & poſth. & notat Bar. in l. 2. ſub n. 2. verſ. determinari
1 poteſt. de ver. obli. † Si tamen pater legauit filio libros legales, ſi in iure Doctor efficiatur, & medicinæ, vel philoſophiæ, ſi in medicina, & vtrũque gradum filius aſſumpſerit, vtrunque legatum aſſequi debere docuit Bal. in l. fi. n. 6. C. com. de lega. Iaſ. in l. Titię textores. n. 20. de leg. 1. And. Alcia. de ver. ſign. lib. 3. pag. mihi 162. verſ. quapropter, ſi pater. Fortu. Garc. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. n. 150. ff. de lib. & poſth.
2 † ex quo in fauorabilibus humanitate ſuggerente ſub ſimplicibus demixto quoq; actum exiſtimandum eſt.

Intellige tamen, vt is variare non poſſit in præiudicium alterius, Bal. con. 412. lib. 1. & declarat Petr. Rebuf. in tract. nominat. q. 5. n. 6. Idem erit ſi teſtator legaſſet centum ei, qui ſit Doctor iuris ciuilis, & doctor iuris canonici, namque ſi is in vna tantùm facultate gradum aſſumpſerit, integrum legatum aſſequetur, vt not. dixit idẽ Bal. in l. 1. in prin. de iuſt. & iu. & ſequitur Alex. con. 20. n. 8. con. 100. n. 8. & con. 110. n. 14. lib. 5. & con. 25. lib. 7. in quibus huius rei rationem videre licet.

PRIVILEGIVM LXXXVII.

Doctori legatum incertum ſtudiorum cauſa factum valet.

ETſi legatum ratione ſummę, vel rei incertum non valet. l. titia cum teſtamento. in prin. de leg. 2. & not. gl. in l. quidam. de reb. dub. Sicut tamen fauore dotis, & piæ cauſæ ſubſtinetur, l. cùm poſt. §. gener. de iu. dot. Bar. Alex. & Iaſ. in l. ita ſtipulatus. de ver. obl. & Tiraq. de
1 priu. piæ cau. priu. 55. † Ita fauore ſtudij præſtandũ eſt, vt tradũt omnes

in l. 1. ſol. ma. Alex. in d. l. ita ſtipulatus.n.28.Iaſ.n.13.verſ. Quintus caſus.& Rip.n.22.Apoſtil.ad Bar.in l.Sticus liber eſto.de leg.3.Benincas.de Paupert.q.9.3.ſpeci.n.28.ac inter cætera priuilegia recenſet Bolog.in Auth.habita.n.356.& 359.C.ne fil. pro pa.

SVMMARIVM.

1 *Libros conferre doctor non tenetur.*
2 *Pater tenetur præſtare filio, quæ ad ſtudium neceſſaria ſunt.*
3 *Pecunia tradita in emptionem librorum non confertur.*
4 *Libros a matre, vel alijs emptos non conferri.*
5 *Expenſas in ſtudio factas pater donare præſumitur, nec imputari à fratribus tempore diuiſionis.*
6 *Expenſæ factæ, vt quis doctor efficiatur, non imputantur in legitimam.*
7 *Fxpenſas factas a patre pro beneficio eccleſiaſtico in legitimam nō imputari.*
8 *Maced.S.C.ceßat in cauſa ſtudij.*
9 *Fratres quo caſu teneantur ad debita contracta tempore ſtudij.*
10 *Statutum, quòd pater teneatur liberos æqualiter tractare, non præiudicat filio in ſtudijs agenti.*
11 *Licentiatus libros non confert, neque impenſas imputat.*
12 *Scholaſticus an patre mortuo libros conferat.*
13 *Libri quibus caſibus ſint conferendi.*
14 *Fratrum inæqualitatem iudicis arbitrio relinqui.*

PRIVILEGIVM LXXXVIII.

Doctor libros non confert, nec illos, ſiue alias ſtudiorum cauſa impenſas in legitimā imputare debet.

QVamuis ea, quæ ſibi à patre data ſunt, filij conferre teneantur, l.vt liberis.C. de collat. & pluribus cōprobat Tiraq.de iure primog.
1 q.4.† Doctor tamen non tenetur libros conferre, iuxta doctr. Bar.in l. 1.§.nec caſtrenſe.ff.de coll.bon. & in l.filiæ licet. vbi Bal. Iaſ. & alij. & in l.ſi donatione.vbi Dec.n. 40. C. de collat. Bal. con. 444. n. 2.lib.3. Alex.con.142.n.22.lib.2.Pract. Papien. in for.libel.pro hærede, vel re ſing.diu. n. 16. Quod enim dignitatis nomine a patre datum eſt, propter onus dignitatis ſibi filius præcipuum retinet, d.§.nec caſtrenſe.

Extenditur primo, vt non ſolùm procedat in libris traditis filio Doctori, ſed etiam ſi ſcholaſtico ante doctoratum tradantur, cùm in diſtinctè quaſi caſtrenſe peculium efficiantur, l.caſtrenſe. de caſtr. pec. quod nec

nec confertur, nec in legitimam imputatur. d. §. nec caſtrenſe. vbi Bar. n. 2. verſ. hic aduerte. Alex. in d. l. ſi donatione. n. 8. & con. 142. n. 25. lib.
2 2. Vnde † pater, qui filium miſit ad ſtudium, cogitur emere libros, & alia ſubminiſtare, quæ ſucceſſiuè ad perfectionem ſtudij, & doctoratus gradum requiruntur, vt notat Bald. in l. Macedoniani. C. ad Maced. & in l. quamuis. verſ. item alibi. C. de fideic. Dec. con. 176. ſub num. 20.

3 Extenditur ſecundo, vt procedat etiam † ſi pecuniam in emptionem librorum pater tradidiſſet, Cuma. con. 40. col. 2. Iaſ. in Auth. quod locum. n. 3. C. de colla. Dec. in d. l. ſi donatione. n. 41. Rolan. con. 11. n. 18. lib. 2. licet ab ijs diſſentiat Butr. conſ. 39.

Extenditur tertio ſecundũ Cuma. d. con. 40. col. 2. verſ. illa autem.
4 † in libris emptis à matre Sicut etiam ſi ab extraneis quoq; aliquid relictum, donatumue ſit ad libros emẽdos, vel equũ, vt per officia faciliùs iret, id quaſi caſtrenſe efficitur, vt ſcripſit Bar. in l. ſi mulier. de caſtr. pec.

5 Extenditur quarto, vt habeat etiam locum † in expẽſis in ſtudio factis, pro victu, veſtitu, & ſimilibus, d. l. quæ pater filio. ff. fam. i. herc. Bal. in Auth. ex teſtamẽto. n. 10. C. de collat. & con. 247. in prin. & con. 21. in 3. dubio. lib. 1. Iaſ. in Auth. quod locum. n. 4. C. de collat. Alcia. reg. 1. præſ. 7. in prin. Et legato ſumptu ſtudij libri quoque in legato continẽtur, Alex. con. 77. lib. 4. moder. Mutin. in Auth. habita. in verſ. Quis enim. n. 32. C. ne fil. pro pa.

6 Extenditur quinto † ad expẽſas factas à patre, vt doctor efficeretur, quæ etiam in legitimam non imputantur, vt ſenſit Bar. in d. §. nec caſtrenſe. n. 8. Bal. in l. omnimodo. §. imputari. n. 4. C. de inoff. teſt. Iaſ. in d. Auth. quod locũ. n. 4. Rip. in l. in quartã. n. 166. ff. ad l. falci. & con-
7 ſuluit Alex. d. con. 142. n. 27. lib. 2. *Sicut etiam* † impenſæ, vt filius beneficiũ eccleſiaſticũ cõſequatur in legitimã nõ imputantur, cùm beneficiũ vti etiã doctoratus vendi, aut tranſmitti nequeat, atq; illud filius iure quaſi caſtrenſis peculij poſſideat, l. ſacroſanctæ C. de epi. & cler.
8 Butr. con. 201. lib. 1. Quare etiã † S. C. Macedonianum ceſſat in eo, qui pecuniã filio familias in ſtudijs degenti ad neceſſarios vſus crediderit. l. ſed Iulian⁹. §. quod dicitur. ad Maced. l. Macedoniani. C. eo. tit. Quod iuri Pontificio conſonans eſt: Nam filiusfamiliàs vti non poteſt exceptione Macedoniani ſalua conſcientia, vt per Iaſ. in l. filiusfamilias. num. 1. ſi cer. pet. Petr. à Duen. reg. 369. in ſecunda limit. etſi ob nullam iuſtam cauſam mutuum recepit, vt contra multos firmat Couar. in c. quamuis pactum. fol. 85. de pact. lib. 6. Nec ſolùm pecuniam recipere, ſed & datam recuperare poteſt, ſecũdùm Aret. & Socci. in d. l. ſi filiusfamilias. quod tamen non admiſit ibi Dec. n. 7. verſ.

& ſecundùm Aret. Cuius ſentētia menti tenēda eſt. Nam Teſte Plauto. Mutuando pecuniam inimicum emis, amicum vendis.

9 Extenditur ſexto, † vt fratres teneantur etiam ad debita viuo patre contracta tempore ſtudij, ita Bar. in d. §. nec caſtrenſe. in vltimis verbis. & in tract. de duob. fratr. n. 18. Bal. in d. §. imputari. n. 7.

Extenditur ſeptimo, vt non ſolùm procedat in expenſis factis à patre, ſed etiam à fratribus, & alijs ſi ſint ſocij omnium bonorum, ita Bal. in tractat. à Bart. incohato de duob. frat. col. penul. & in l. ſi patruus. C. com. vtr. iud. Iaſ. in d. Auth. quod locum ſub n. 5. & Hier. Cagn. in l. ſi emancipati. n. 202. vbi Ioa. Bolog. n. 60. C. de colla. ex quo quæſita etiā per doctorem ſtante dicta ſocietate veniunt fratribus conferendæ, vt poſt Bal. in d. l. ſi patruus. dixit Alcia. reg. 1. præſ. 45. n. 5. de quo tamen vide, quæ diximus infra priu. 91.

10 Extenditur octauo, vt idem ſit, † ſi ſtatuto caueatur, quòd omnes liberi æqualiter ſuccedant, nam idem iure communi cautum eſt, l. vt liberis. C. de collat. l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. nec tamen æquitas patitur cōputari. d. l. quę pater filio. ff. fam. herc. Ideo tale ſtatutū potiùs interpretabimur, vt erroneis parentum affectionibus obuiet, quàm vt huiuſmodi æquitatē tollat, vt declarat Alcia. reg. 1. præſ. 7. n. 2.

11 Extenditur nono, vt procedat etiam † in filio ante mortē patris licentiato, ad l. pen. de mil. teſt. Iaſ. in d. l. filiæ licet. num. 8. & ſeq. Rip. in l. in
12 quartam. n. 170. Rolan. con. 11. n. 19. lib. 2. Quinimò † & in ſcholaſtico procedere ſenſit Porti. in §. 1. n. 10. Inſt. per quas perſ. no. acq. & Petr. à Duen. reg. 222. limit. 3. Sed contrariū verius eſt, nam Doctori conceſſum dicunt Alex. conſ. 142. n. 25. lib. 2. Gerar. ſing. 54. & poſt alios, quos omitto, Rip. in d. l. in quartam n. 172. niſi tamen poſt mortem patris doctor efficeretur, ex quo ſub hac tacita conditione libri traditi cenſentur, vt inquit, Dec. in d. l. ſi donatione. n. 43. verſ. niſi dicamus.

13 Declaratur tamen quod de libris diximus, † vt non procedat ſi commodandi potiùs, quàm donandi animo patrem tradidiſſe probaretur. d. l. quæ pater filio. vbi Bar. id notat. & in d. §. nec caſtrenſe. n. 11. verſ. fallit in tribus caſibus. Rip. in d. l. in quartam. n. 175. Aym. Crau. con. 125. n. 4. & ſeq. Vel ſi traditionis tempore collationis legem impoſuerit, l. pen. in fi. C. de collat. vnde ſi pater hac conditione vni ex filijs tradiderit, & deinde alteri ſimpliciter tribuat, ſub eadem collationis conditione tradidiſſe dicemus, Bar. in l. Caio. in prin. per illū tex. de alim. & cib. leg. Iaſ. in d. l. filiæ licet. n. 3. verſ. limita illā doctrinā. & Barth. Cęp.
14 in l. 1. n. 22. pro dona. † Vel demū ſi magna inter fratres inæqualitas reſultaret, ad tex. in l. pen. §. fi. C. de coll. Dec. in d. l. ſi donatione. n. 41. in fi. Aym. d. con. 125. n. 7. & Tiraq. de Iure primog. q. 4. n. 3. Quā inęqua-

litatem

litatẽ Iudicis arbitrio relinqui inſpecta Doctoris, & fratrum cõditione dixit Dec.in d.l.ſi donatione.n.42.in fi.& Iaco.Meno.caſu. 131.n.5.

SVMMARIVM.

1 *Librorum æſtimationem præſtando in caſu collationis doctor liberatur.*
2 *Librorum valor quando ſit attendendus.*

PRIVILEGIVM LXXXIX.

Doctor in caſu collationis librorum præſtando æſtimationem liberatur.

QVamuis obligatus conferre non liberetur præſtando æſtimationẽ, vt not.in l.ſi emancipati.vbi Hier.Cag.n.36.C.de collat. ex quo aliud inuito creditore ſolui non poteſt,l.2.§.mutui datio.cum gl.ſi cer-
1 pet. † Doctor tamen in caſu collationis librorum æſtimationem præſtando liberatur, vt not.Bal.in l. Macedoniani. C. ad Maced. Sali. in l. filiæ cuius.n.14. C.fami. herci. Alex.in l.ſi donatione. vbi Dec. n. 43. verſ.poſtremò. C.decolla.Iaſ. in l.filiæ licet.n.10.C.eo.tit. Rip. in l. in quartam. n.176.ff.ad l.falc. Vital.de Nema.de collat.q.18.in fi.

Priuilegium verò conſiſtit in vſu diuturno,quem quis habet in illis, facilè enim recordamur aliquid vidiſſe in tali pagina, vel tali ſigno annotaſſe,tum etiã propter appendices magno labore confectas, ad tex. in l.poſſeſſionum.C.commu.vtr.iud.Alex.con.69.n.4.lib.4.

Eorumque valor non emptionis, vel traditionis tempore, ſed collationis attendendus eſt,l.omnino.§.imputari. C.decollat.Rip.in. d.l.in quartã,n.176.Rolan.con.11.n.11.lib.2.& addit.ad Dec. in d. l. ſi donatione.in fi.in ver.æſtimationem.

SVMMARIVM.

1 *Libros pro penſione domus, vel alia executione non auferri.*
2 *Illata in domum pro penſione tacitè obligata cenſeri.*
3 *Generali obligatione nõ cõprehẽdi,quæ veriſimiliter quis obligaturus nõ eſſet.*
4 *Priuilegium perſonale expirat cum perſona.*

PRIVILEGIVM XC.

Doctorum libri in executionem iudicati, vel pro penſione domus auferri non poſſunt.

QVamuis in executionem iudicati omnia debitori auferri poſſint, obſeruata tamen forma leg. à diuo Pio.§.in venditione.ff. de rei vend.

Sicut

1 Sicut tamen arma militibus relinquuntur, † ita Doctoribus libri, gl. in l.nepos Proculo.de uer.ſig.Bal.in rub.C.qui bon.ced. poſ.Iaſ. in.§. itē Seruiana.n.4.de actio.Petr.Rebuf.de priu.Schol.priu. 113. Qua ratio-
2 ne † etſi inuecta, & illata in domum ſint pro penſione tacitè obligata, l. itē quia.in prin.de pact.l.certi iuris. C.loca.Doctorū tamē libri pro pē ſione domus auferri nequeūt, vt p gl.in d.l.nepos Proculo.dixit Barba. de præſt. Card.in §.quæſt.2.par princ.n.26.Rebuf.in comment ad regi.conſti.tomo.1.tit.de lit.oblig.art.4.gl.2.n.18.Ang.in d.§.item Ser-
3 uiana, & ibi Iaſ.n.4.Ex quo † in generali obligatione nō veniūt ea, quæ veriſimiliter quis obligaturus nō eēt, l.obligatione generali.ff. de pign.

Id tamē nō procederet, ſi alia bona nō extarēt, per ea quæ notāt Bar. Alex.& alij in l.cōmodis.ff.de re iudi.Specul.in tit. de execut. ſent. §. ſequitur.in fi.Maran.in ſuo ſpec.par.6.actu.3.prin.n.44.& ſeq.Gerar. ſing.35.Dictū eſt.Plot.in l.ſi quando,n.712.in fi.C.vnde ui. & Canoniſtæ in c.peruenit.de fideiuſ.Quod tamē intelligendū puto, niſi is Doctor à ſuo munere interpretandi, vel patrocinandi cum alterius iactura ob id penitus ſummoueretur, ad not.in l.ſtipendia.C.de execu.rei iud. Rip.in l.obligatione generali.n.43.& nos ſupra prin. 7. annotauimus.

Declaratur ſecundo non procedere, ſi is moriatur, quia locator, vel hoſpes eo caſu libros etiam retinere poterit pro funere; & alijs impenſis, l.at ſi quis.§.1.de relig.& ſump.fu.Bal.in l.in reſtituēda. C. de peti. hæred.Iaſ.in l.ſi non ſortem §.ſi centum.n.10.ff.de cond. ind. Maran.
4 præcit.loco. n. 47. † Perſonale namque priuilegium perſonam non egreditur, c. priuilegium.de reg.iu.lib.6.l.quia tale.ſol. ma.

SVMMARIVM.

1 *Peculium quaſi caſtrenſe quæritur pleno iure filioſam. Doctori.*
2 *Fratribus an conferantur acquiſita per doctorem.*
3 *Procurator, vel Notarius an peculium quaſi caſtrenſe habere dicantur.*

PRIVILEGIVM XCI.

In peculio quaſi caſtrenſi pater vſumfructum non habet, nec illud poſt obitum patris fratribus conferendum venit.

1 QVamuis pater in acquiſitis per filium vſumfructū habeat, l. cùm oportet in prin.C.de bon.quæ lib.† Id tamen fallit in acquiſitis p filium fam.Doctorē, d.l.cùm oportet.ibi exceptis caſtrēſibus peculijs. Bar.in l.fi.n.3.C.de ſilentia.lib.12.Petr.de Ancha.in rub. extra de Poſtul.

ſtul. & eſt receptiſſimũ. Nec ea Doctor patre mortuo fratribus conferre tenetur, l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de coll. bon. l. filiæ licet, cùm l. fi. C. de collat. l. fori. C. de adu. di. iud.

Idque procedit non ſolùm in publicis ſalarijs, vt dixit Spec. in tit. de actore. §. 1. ſed etiam in acquiſitis à priuatis perſonis, quę loco publici ſalarij ſucceſſerunt, ad tex. in d. l. fori. vbi Glo. Cyn. Bar. Bal. & alij not. Faber. & Aret. in §. 1. Inſt. per quas per. no. acq. Alcia. con. 102. in prin. lib. 5. Nam & Aſſeſſores de publico ſalariũ non habent, c. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſcrip. lib. 6. & nihilominus in acquiſitis per eos iure quaſi caſtrenſis peculij potiuntur, l. velut. C. de aſſeſſ. & not. Bar. in d. l. fori.

2 Quinimò † ſi is Doctor poſt mortem patris habitauerit cum ſuis fratribus omnia per eum acquiſita ſua erunt, vt reſp. Roma. con. 145. circa med. & ſequitur Iaſ. in Auth. quod locũ. n. 6. verſ. ſed iſta. C. de collat. per tex. in l. fi. C. de inoff. teſt. & faciunt quæ not. Bar. in d. §. nec caſtrenſe. Quod tamen verum crederem, niſi inter fratres eſſet contracta ſocietas omnium bonorum, iuxta tradita à Bar. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. de admi. tut. & in l. ſi patruus. C. com. vtr. iud. alioquin ſocietas dici poſſit leonina, l. ſi non fuerit. §. Ariſto. ff. pro ſoc. & declarant Bal. & Salic. in d. l. ſi patruus. Iaſ. in l. 1. n. 9. C. qui teſt. fac. poſſ. & Alcia. reg. 1. præſ. 25. n. 5. Qui eo quoque caſu procedere inquit, ſi ſtatutum induceret ſocietatem ex cohabitatione, & communione bonorum poſt mortem patris, vt conſuluit Capra conſ. 145.

3 † An verò Procurator ad lites, & Notarius in eorum acquiſitis eodẽ priuilegio gaudeant, vide Alex. con. 2. cum ibi additis, lib. 6. etſi parum conſtans videatur con. 109. eo. lib.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias Doctor in peculio agere poteſt aduersùs patrem.*
2 *Filio doctori datur actio vtilis contra patrem, ſi pro eo de peculio ſoluerit.*
3 *Filio agente in peculio patris conſenſum non requiri.*

PRIVILEGIVM XCII.

Filiofamilias Doctori in peculio aduersùs patrem actio datur.

ETſi lis nulla eſſe põt inter patrẽ, & filiũ, quẽ in poteſtate habet, l. lis
1 nulla. ff. de iudi. l. actiones. ff. de act. & obl. † Filius tamen Doctor, qui in peculio vice patrisfamilias fungit; aduerſus patrẽ agere poteſt, l. miles pcipua. vbi gl. de caſtr. pec. gl. in d. l. lis nulla. in ver. in poteſtate. & in l. 2.

& in l.2.ad Maced. Quare ſicut pro cæteris fideiubere poteſt, ita etiam
2 pro patre † ac ei, ſi de peculio ſoluerit, datur actio vtilis negociorū ge-
3 ſtorū aduersùs patrem, l.ſi dubitet. in fi. de fideius. † Nec filiofam. agen te in peculio patris conſenſus requiritur, vt not. Bar. in l. miles. §. actionem. de caſtr. pecu. & meliùs in l. cum nō ſolùm. §. neceſſitate. n. 12. vbi Bal. Ang. Salic. & alij. reiecta Glo. opinione id not. C. de bon. quæ lib.

PRIVILEGIVM. XCIII.

Filiusfam. Doctor de ſuo peculio teſtari poteſt.

LIcet is, qui in poteſtate parentis eſt, etſi id ei parens permittat, teſtari non poſſit, l. qui in poteſtate. ff. de teſta. l. ſenium. vbi Gl. & Doct. C.
1 qui teſt. fac. poſ. † Filius tamē Doctor de ſuo peculio iure cōmuni ſerua to vltima condere elogia poteſt. l. fi. C. de inof. teſt. §. fi. Inſti. de milit. teſt. §. 1. in ſeq. tit. & notat Bar. in l. fori n. 2. C. de adu. di. iud.

Et quamuis olim eius diſpoſitio inoffícioſi querela impugnari non poſſet, d. l. fi. circa med. Hodie tamē ſecus eſt, §. ſancimus. in Auth. vt cū de app. cog. gl. cōmuniter approbata in d. l. fi. in ver. teſtamenta. & not. in l. Centurio. vbi Socci. Iu. n. 66. de vul. & pu. Tale præterea peculium ob commiſſum delictum patri, non fiſco defertur, Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. inf. quod & nos ſuo loco diximus.

SVMMARIVM.

1 *Milites qua de cauſa ſuis concubinis donare prohibeantur.*
2 *Donatio facta concubinæ an obliget Doctorem.*

PRIVILEGIVM XCIIII.

Donatio facta a Doctore concubinæ non valet.

ETſi quis cuilibet etiam turpi perſonę donare poteſt, l. affectionis ff. de donat. idque non ad exceptionem ſolum, ſed ad actionem quo que ſufficit, vt ibi reprobata Gl. op. not. Bar. & Ang. in l. 2. C. de don. int. vi. & vx. Itemque legare, l. item legato. §. paruī. de leg. 3. l. miles ita.
1 §. mulier. de mil. teſt. † Sicut tamen donatio facta à Milite concubinæ non valet, d. l. 2. minuſque legatum, vt not. in d. §. mulier. Ne ij fortè libidini dediti viribus eneruentur, Tiraq. de Nobil. c. 23. n. 21. & de Con
2 nub. leg. 15. n. 17. † Ita Doctor, ne in vilipēdium dignitatis ad inopiam indu-

inducatur, hoc priuilegio tutus eſt, Hoſti. de Donat. §. & cui. verſ. excipitur. Io. And. in c. ſine culpa. de reg. iu. lib. 6. & in c. de illis. de ſepul. Præp. in rub. de donat. int. vi. & vx. Bar. in l. 1. n. 3. C. de dign. lib. 12. Alex. in l. Centurio. n. 6. in fi. vbi Galiau. n. 27. de vul. & pu. Iaſ. in l. miles. n. 15. de re iud. Alcia. reg. 3. præſ. 26. num. 3. & Rola. conſ. 11. n. 2. lib. 2. qui idem in Licentiato reſpondit.

Quod tamen non admittunt, ſi propter donatariæ merita donatio facta eſſet, atque de illis aliter conſtaret, quàm per aſſertionem donantis, vt reſp. Anchar. conſ. 247. ex quo donatio præſumitur fraudulenta, l. cùm quis. §. pen. de leg. 3. Dec. con. 332. n. 2. Aym. con. 175. num. 4. Rola. con. 98. num. 53. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatione largitus. n. 24. C. de reuoc. donat. Vel ſi donatio iurata eſſet, Roma. con. 43. verſ. ad quartum. reſp. latè Aym. conſ. 229. & Capic. deciſ. 102. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionis dedecus Doctor non ſentit.*
2 *Condemnari doctor non debet niſi in quantum facere poteſt.*
3 *In condemnatione computari, quæ ex aduocatione quæruntur.*

PRIVILEGIVM XCV.

Doctor ceſſionis dedecus non ſentit, & condemnatur ſolùm in quantum facere poteſt.

ETſi condemnatus ſoluere ad id præciſè tenetur, nec expromiſſorē dando liberatur, l. 4. §. ait prætor. de re iud. niſi tamen ſe ceſſione bonorū tueatur, l. 1. & fi. C. qui bo. ced. poſ. & not. in c. Odoardus. de
1 ſolut. † Doctor tamen hoc priuilegio non indiget, alio namq; ampliore
2 iuuatur, † vt cōueniatur ſolùm in quantū facere pōt. l. miles. vbi Gl. Bar. Alex. Iaſ. & alij cōmuniter. ff. de re iud. & in l. Cēturio. vbi Galia. n. 25. de vul. & pu. & tradit Math. Brun. de ceſſ. bon. q. 10. 4. q. prin. in prin.

Solus Alberi. in d. l. miles. contrariam ſententiā amplexus eſt, quam etiam ibi Ripa in dubium reuocauit, ponderantes ea verba, Qui ſub armata militia militant, aſſerentes relatiuum illud reſtrictiuè poſitum, & milites legales excludere, l. ea tamen adiectio. de leg. 3. & not in l. cunctos populos. C. de Sum. Trin. Quod & nos admittimus, ſed ad differentiam eorum militum, quorum par ratio non eſt; & reuera non militant, vt ibi dixit Raph. Cuma. & Iaſ. n. 2. & alibi paſſim.

S Id tamen

Id tamen non procederet ſi propter delictum ad inopiam deueneri, ad tex. in l. pen. ff. de iure dot. Vel ſi commodè aliàs ex aduocatione viuere poſſit. Caſtr. in l. mariturn. col. 2. verſ. in gloſ. prima, & ibi appoſtil. ad Bar. ſol. mi. † Aduocatus enim exemplo Militis computare debet in
3 tali deductione, quod ex ſua aduocatione acquiſiit, vt poſt alios tradit relatus Brunus de ceſſ. bon. q. 31.

S V M M A R I V M.

1 *Munus quid ſit.*
2 *Munera perſonalia ſubire doctor non cogitur.*
3 *Decuriones ciuitatum doctoribus, & medicis immunitatem concedere poſſunt.*
4 *Priuilegium amitti per contrarium actum.*
5 *Leg. Medicos. C. de prof. & med. lib. 10. intellectus.*
6 *Finis nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem.*

PRIVILEGIVM MXCVI.

Doctor ad perſonalia munera cogi non poteſt.

1 ETſi munus id propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus lege, more, imperione eius, qui iubendi habet poteſtatẽ, l. munus propriè. de ver.
2 ſig. & tradũt Doct. in l. placet. C. de ſacr. ſanct. eccl. † Doctores tamen ad perſonalia cogi non debent. l. medicos. vbi gl. & alij not. C. de prof. & med. lib. 10. l. nequis, & l. ſancimus, C. de aſy. di. iud. Gl. in l. priuilegio. C. de incol. lib. 10 Bar. in l. 1. n. 12. C. de dignit. lib. 12. Petr. de Ancha. in rub. extra de poſtul. Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 13. Aret. conſ. 94. col. 1. Siluan. con. 88. n. 10. lib. 2. Natta conſ. 65. n. 1. verſ. de perſonalibus. lib. 1. Et ideo excuſantur ab onere cuſtodiendi portas, ad tex. in l. ſancimus, vbi Bal. id not. Rip. de peſte in. §. venio nunc. n. 216. Afflic. ſuper conſti. reg. Sicil. quæ incipit Iuſtitiarios. in 1. notab. Io. Crot. con. 64. nu. 16. Franc. Marci dec. 638. n. 5. Caſſen. in conſuet. Burg. ſol. mihi 68. n. 88. Bolog. in Auth. habita. n. 86. C. ne fil. pro pa. qui n. 87. poſt Bal. in l. ſed & reprobari. de exc. tut. voluit doctores cogi non poſſe ad legationem.

3 Et † Decuriones ciuitatis, qui aliàs ſine adunãtia generali nõ poſſunt concedere alicui immunitatem, l. 1. C. de immu. nem. conc. lib. 10. Bar. in l. 2. ff. de iure immun. Natta con. 431. n. 21. lib. 2. Doctoribus tamen, & medicis eam concedere poſſunt, l. 1. & ibi gl. C. de decr. decur, lib. 10. Bar. in d. l. 2. n. 3. Alex. con. 30. n. 8. lib. 5. Crot. d. con. 64. n. 6. & habetur deciſ. Pedem. 95. num. 25.

Quòd

Quòd ſi Ioan. Crot.d.con.64.n.12. inferat ex hac decurionum facultate Aduocatos immunes non eſſe, ſaltem à patrimonialibus, cùm fruſtra concedi videretur, ſi id eis à iure cõmuni, & ex diſpoſitione d. l. medicos.cõceſſum eſſet, Hæc tamen ratio reflecti poteſt, cùm Decuriones tam publicis Profeſſoribus, quàm Aduocatis immunitatem concedere poſſint. Quamobrẽ dici poteſt eos poſſe immunitatẽ Doctoribus concedere in ijs, quæ à iure conceſſa non ſunt, vel etiã ſi illi huiuſmodi
4 munera ſubirent, † cùm per contrarium vſum priuilegium tolli videtur, c.pro illorum. vbi Abb.in 2.col.verſ. vlt. nota.de præb. & declarat Feli. in c. cùm acceſſiſſent.n.30. verſ. ſeptimo limita. de conſtit. & dixit idem Crot.d. conſ.64.num.20.

Sed & huic noſtræ ſentẽtiæ repugnat quod ſcripſit Bar.in d. l. medi-
5 cos. † nempe illius legis diſpoſitionem competere Doctoribus actu legentibus tantùm, & Bart. ſequuntur Ang.& Io.de Plat.in rub.C.eo.tit. Caſtr.in prima conſti.Cod.col.2. Aret.in §.item Romæ.n.4.inſt.de excuſ.tut.& Parpal.in l.placet.col.9.C. de ſacroſan. eccl. Contrarium tamen eorum pace magis receptum eſt, vt nempe Aduocatis quoq; conueniat, ita Nicol.de Neap.in l.profeſſio. C.de mun.patr.lib.10.Anchar. in clem.2.de magiſt.Feli.in rub.extra eo.tit. Puteus de Synd.in ver. tortura.verſ.mandauit rex.Rip.in l. Centurio. n.17.de vul. & pu. & in l. 1.n.133.fol.ma.& reſpon.1.de muner.& hon.n.9.& ſeq.Aloiſ. in d. l. 1. col.pen.fol.ma.affirmans recentiores omnes hanc opinionem tenere, vſuque ſeruari, ac ità fuiſſe decisum in conſilio Delphi.refert Guidopa. q.88.& q.388. vbi pluribus Bartoli opinionẽ reprehendit. Franc. Mar.dec.638.n.4.Io.Bap. de S.Seuer. in tract.de debit. ſuſp.fug. in 1. quæſt. prin. verſ. Quarto quæro. & communiter teneri inquit Cagn.in proœ. Dig.in §.vos verò.n.255.Marc. Mant.lib.2.obſeruat.c.17. Tiraq. de Nobil.c.29.n.15. Maria Socci.de cimi.art.5.n.35. Iaco. Meno. de arb.iud.caſu.237.n.6. & caſu 379.n.5. & conſulendo firmarunt Aret. con.94.Iaco. Æmil. conſ.14.n.7.& con.17.n.17. Natta con.1. & con. 65.& 66.lib.1. Rola.con.66.n.37.lib.1.& Octa. Vulp.reſp.141. n. 8. & ſeq. qui nullam inter eos differentiam ſtatuendam eſſe affirmant.

Et hæc ſententia ſatis probatur, quia ſi Imper. Conſtan. in d. l. medicos. voluiſſet ea priuilegia actu legẽtibus tantùm competere, ſatis erat ab ijs muneribus profeſſores exemiſſe, cùm igitur præter illos, legum quoque doctores exemerit, ne ea verba fruſtra poſita videantur, de Aduocatis ſenſiſſe dicendum eſt, vt conſiderat Rip.in d.l.1.n.133.fol.ma. & reſpon.1.de mun.& hono. n.9. verſ. alioquin Imper. Quinimò & ipſi Conſultores, & Aduocati iuris profeſſores appellantur.l. 2. §. iuris ciuilis. ibi, iuris ciuilis ſcientiam plurimi, & maximi viri profeſſi ſunt.

S 2 ff.de

ff. de orig. iu. Natta d. con. 1. verſ. corroborantur præmiſſa. Nec ea verba, vt memoratis artibus multos inſtituant. legentibus ſolùm, vt Bar. inquit, Sed Aduocatis quoque conueniunt, dum inconſultos clientulos, ac iudices eorum ſcientia inſtruunt. c. ſi rector. 43. diſt.

6 Et confirmatur, quia ſicut † finis nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem, l. 1. §. 1. C. de rei vx. act. Auth. multo magis. C. de ſacr. ſa. eccl. Ita Aduocati, qui iuſtitiam ipſam excolunt, priuilegijs dictæ legis fraudari non debent: Scire enim in noſtra ſcientia non eſt propter ſcire, ſed propter operari bonum, & æquum, & ſcientia requiritur non vt finis, ſed vt ducens ad finem, ex quo ſine ea nulla procedit recta operatio intellectus, teſte Bal. in l. 1. n. 4. de iuſt. & iu.

SVMMARIVM.

1 *Milites hoſpitandi immunitas non excuſat à ſolutione penſionis.*
2 *Milites alioſue hoſpitari non tenentur I. Conſulti.*
3 *Militum ornamenta quæ ſint.*

PRIVILEGIVM. XCVII.

Doctor excuſatur à munere recipiendi milites, alioſue in domo.

1 Etſi quis prætextu etiam priuilegij de non hoſpitando milites, non euitat ſolutionem penſionis tertiæ partis domus excuſatæ, l. omnes vbi And. de Barù. & Plat. C. de metat. & epid. lib. 12. quæ aliàs aſſignanda eſt iuxta tex. in l. 2. C. eo. tit. † Doctores tamen ab eo munere omnino excuſantur, d. l. medicos. ibi, neque hoſpites recipere. C. de prof. & med. lib. 10. Gl. in l. 3. C. de mun. patr. eo. lib. Franc. Rip. in l. 1. n. 133. qui ſe in facto conſuluiſſe teſtatur. ſol. ma. Caſſen. in cathal. gl. mun. par. 10. conſid. 20. Natt. qui de Aduocatis loquitur con 65. n. 1. verſ. illud certiſſimum eſt. lib. 1. Rola. con. 66. n. 36. & ſeq. lib. 1. Franc. Mar. dec. 638 n. 5. Put. de ſyndi. in. §. Doctor. qui propterea atteſtatur datam fuiſſe quandam petitionem contra Poteſtatem de Theano.

Idque omnino obſeruandum eſſet, cùm nihil iuri tam inimicum, ac æquitati infeſtum ſit, quàm armati homines: Omnis enim lex in conſpectu eorum corruit, & varia hoſpitibus grauamina inferunt. Nec ho-
3 die eorum † ornamenta ſunt ſcuta diuulſa, galeæ fractæ, gladius habes, & facies vulnerata, vt de Re milit. meminit Veget. relatus per Luc. de Pen. in l. nulli. col. 2. in fi. C. nul. lic. in fræ. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Collectas ſoluere Doctor non tenetur, & quid in eius Vxore, & Filijs.*
2 *Vidua viri familiam, & conditionem retinet.*
3 *Fratres doctoris ijſdem immunitatibus frui.*
4 *Iudicis arbitrio puniri perturbantes doctorum immunitates.*

PRIVILEGIVM XCVIII.

Doctor eſt immunis à ſolutione collectarum.

1 EX ead. l. Medicos.† Iuris Conſulti à ſolutione quoque collectarum ſunt immunes. vt ibi Gl. & alij not. Bar. in l. 1. n. 22. C. de dignit. li. 12. Parpal. in l. placet. n. 21. C. de ſacr. ſan. eccl. Guidopa. q. 88. & 388. Natta con. 66. Rola. con. 66. n. 36. lib. 1. qui id intelligit in collectis etiã impoſitis tempore belli, atque Iudicis arbitrio exigentes puniri inquit Menoc. de arb. iud. caſu 379. n. 2. Ripa. reſp. 1. de mun. & hon. etſi ratione publicæ vtilitatis eos quandoque teneri ſentiat.

Quod tamen poſt Nattam præcit. loco declarat Rol. con. 52. n. 34. & ſeq. lib. 2. vt procedat ſi talis immineat neceſſitas publica, cui princeps prouidere non valeat, niſi eis collectas imponat, ac ita intelligendum eſſe Bal. in l. iubemus nullũ. in 2. notab. C. de ſacr. ſan. eccl. dixit Socci. in l. ſi ex toto. col. 2. verſ. tertia concluſio de leg. 1. Curt. Iuni. con. 63. n. 14. ex quo publica vtilitas eo caſu priuatæ præponenda eſt.

Hæc verò immunitas eorũ quoque vxoribus conceſſa eſt, etiam præfuncto viro, vt in ſpecie ſentit Guidopa. q. 389. & Menoc. d. caſu 379. n. 5. remanet enim viri mortui imago. Bal. in l. pignoris. C. de pi-
2 gnor. Hinc † vidua alioquin plebeia patritio nupta, ac nobilis facta viri familiam, & conditionem retinet. l. cum te. vbi gl. & Bal. C. de nupt. l. filij. §. videam. ad municip. Bar. & Fulgo. in l. fi. C. de ver. ſig. Tiraq. de Nobil. c. 18. n. 5. & not. Canon. in c. ex parte. de foro comp.

Id tamen diuerſum eſt in filijs, qui viuo tantũ patre immunitatibus potiuntur, vt poſt gl. in d. l. medicos. not. Plat. in l. in filijs. C. de decur. lib. 10. Boer. de auct. mag. con. n. 99. verſ. iſta tamen. & Purpur. in l. quæcunque. n. 81. ff. de off. eius.

3 † Fratribus prætcrea id ipſum conceſſum eſt, ſi ij ſint ſocij omniũ bonorum, iux. gl. in l. fi. C. de mun. & hon. non cont. lib. 10. Alex. con. 122. n. 17. lib. 4. Iaſ. in l. 1. C. de tranſac. & in l. ſi emancipati. C. de collat.

Marci.

Marſi.ſing.180.Natta con. 1.n. 10. & con.65.nu. 2.lib.1.Abb.in c.de quarta.n.19. de præſcrip. namque eo caſu nõ priuilegiatus gaudet priuilegio priuilegiati. Aret.conſ.25.incip.viſo themate. & ſequitur Iaco.
4 Meno.de caſu.379.† Qui eos propterea vexantes iudicis arbitrio puniendos animaduertit.

PRIVILEGIVM XCIX.

Doctor non tenetur ſoluere gabellas.

LIcet in vectigalium ſtatione æqua omnium inſpectio eſſe debeat, l. omnium cum ſeq. C. de vectig. gl. in l. ſi publicanus. §. 1. de public. & iure diuino præceptum eſt, Math. c. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & admonuit D. Paul. ad Roma. 13. Ideo enim tributa præſtatis
1 miniſtri enim Dei ſunt.† Doctores tamen non tenentur ad gabellas, cum libros, reſque alias transferre opus habent. Auth. habita. quæ tollit etiã contrariã cõſuetudinẽ, vbi Glo. & Bar. n. 5. Salic. n. 5. & Bolog. n. 130. C. ne fil. pro pa. Bar. in l. 1. n. 16. C. de digni. lib. 12. Roma. ſing. 702. Violans. & Iul. Ferr. de Gabel. n. 167. Ea tamẽ publicano oſtendi debẽt, l. fi. §. diuus. de public. quod in ſcholari ſentit Bar. in l. quoties. po. tit. Ne fortè appoſitus aliorũ mercibus colludatur. Bal. con. 79. col. 1. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia I. Conſultis conceſſa latiſſimè interpretanda.*
2 *Priuilegijs inſertis in corpore iuris non cenſeri derogatum per clauſulam generalem derogatoriam.*

PRIVILEGIVM C.

Doctorum priuilegia ſunt latiſſimè interpretanda.

ETſi priuilegia ſtrictè interpretanda, nec extendenda ſunt, l. ſi quando. C. de Inoff. teſt. c. priuilegia. diſt. 3. Bar. in l. 1. in prin. C. de legi.
1 Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. gl. 9. n. 184. & nos aliàs diximus.† Priuilegia tamen à iure Doctoribus conceſſa latiſſimè interpretanda ſunt, Ita Butr. in c. olim. de ver. ſig. Qui prædictam regulam declarauit habere locum in priuilegijs conceſſis ab homine, ſecus a lege, quem ſequitur Natta con. 66. n. 6. lib. 1. & Siluan. con. 88. n. 23. lib. 2.
2 Qua ratione nec per clauſulam generalem cenſetur derogatum Priuilegijs

uilegijs Doctorum inſertis in corpore iuris, niſi ſpecialis mentio ſit, l. decurionibus. vbi gl. C. de ſilentia. lib. 12. Gl. & Bar. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. Glo. in l. 2. §. omnes. in ver. conueniuntur. de Iudic. Bar. in extrau. ad reprimendum. in ver. non obſtãtibus. ſub n. 18. Late Feli. in c. 1. de reſcrip. Rip. in c. cùm ſit Romana. n. 54. eo. tit. Iaſ. in l. 1. n. 16. de conſti. prin. Alcia. de uer. ſig. lib. 1. pag. mihi 50. verſ. Priuilegia. Boer. in l. conſentaneum. n. 164. C. quom. & qua. iud. Ioa. Crot. in l. nemo poteſt. n. 40. de leg. 1. Horat. Mando. de priuil. ad inſtar. q. 10. gl. 14. n. 2. Siluan. d. con. 88. n. 38. Eaque vti fauorabilia extendi dixit Feli. in c. fi. de magi. & in c. cùm dilecta. n. 19. de reſcrip. & Phil. Dec. in l. ſi idem cum eodem. n. 10. qui de ſcholarium priuilegijs loquitur. ff. de iur. omn. iud.

Hæc mihi Candide Lector de Priuilegijs I. Conſultorum nunc dicenda occurũt, quæ ſi minus accuratè ſcripta, aut nimis properè edita videantur, æqui, boniq́ue conſulas rogo. Tu vero profitendi munere patrocinandiúe conſulendi, ſiue iudicandi rite, ac ſanctè fungere, vt non ſolum hiſce Priuilegijs potiri, ſed (quod longe optabilius eſt) æterna demũ beatitudine perfrui mereâris valeas.

LAVS DEO OPT. MAX.
Atque Dei Genitrici Virgini.

FINIS.

Errata ſic corrigito.

Pag. 1. Iuregonſulti. Iureconſulti. pag. 2. publice. publici. ibid. ceuſæ. cauſæ. pag. 7. habent. habet. Ibid. honerum. onerum. pag. 14. grado. gradu. pag. 33. pone. poſſe. pag. 36. illeteratus. illiteratus, pag. 37. concilij. concilijs. pag. 53. legatus. ligatus. pag. 98. diſpenſionis. diſpoſitioni. ibid. l. ſancimus. l. ſancitum. pag. 121. impugnant. impugnat. Numeri vero, qui deſunt. priu. l. 1. n. 4. p. 22. n. 11. p. 43. n. 1. n. 2. n. 4. p. 52. n. 1. p. 54. n. 12. p. 58. n. 2. n. 4. p. 69. n. 1. n. 9. p. 71. n. 10. p. 85. n. 16. p. 89. n. 2.

Reliqua Lectoris prudentię committimus.

REGESTVM

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt quaterniones.

ROMAE

Excudebant Alexander Gardanus, & Franciſcus Coattinus. M. D. LXXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE